

T. M.

y Lieber

Mbd 2y-4y

DISPOSITIO
PANDECTARUM,
VII. TABVLIS
CVM SINGVLORVM TITVLORVM
EXPOSITIONIBVS

Ex ipsis textibus, verisque legalis Philosophiae
fontibus subindicatis exhibita,

HENRICO HAHNIO, J.C.
ET ANTECESSORE.

Usui cupidæ LL. juventutis in Aca-
demia Julia.

T M (6)



JENÆ,

Sumtibus Matthæi Birckneri, Bibliopolæ
Jenensis & Helmstadiensis.

Typis Johannis Jacobi Bauhofferi,

ANNO M DC LXIII.



* * * * *

PRUDENTIÆ JVRIS CVLTORI-
BVS IN ILLVSTRI IULIA
S.

Recita procedunt viâ qui post comparatam sibi moralis præcipue & civilis prudentiæ cognitionem , studia Legum ab Imperialibus Institutio- nibus exorsuri , primo Titulorum explicacionem , cum eorundem consequentia & connexione ad verbum edi- scunt . Perrecturi vero ad Pandectaras , quando com- munium capitulo expositionem totiusque dispositionis rationem continentia præmittunt , tanto magis opera precium faciunt , quanto elementis juris præstantiora ex- stant lata Digestorum volumina , levique ac simplici notitia potior est , exactissima singulorum intelligentia . Naturalis namque disciplinarum ordo est , quo à generalioribus ad specialiora paulatim proceditur . Certum quoque rei , quâ de ex intervallo accurate agendum , principium suppeditat præmissa titulorum definitio . Eademque diligentius memoria mandata , facilius ad perducit , ad quod propter variarum atque singularium rerum concursum , non nisi summo denique labore perveniri solet . Neque vero satis sibi confidunt , qui huic si- ni in ipsis titulis , ordine quo traditi , ediscendis subsistunt , aut voces versusque , quibus eos putant significari , recitant . In ipso limine offendunt fictas imagi- nes sibi in auxilium vocantes , quive , aliunde penderere nolentes , numeris quos tituli præ se ferunt , confidunt . Memoriam cufudem esse oportet rerum penes se depositarum : custodit autem illa nunquam promptius , quam si haberet quibus fulciatur . Numerum difficultius addiscimus , cognitum multo facilius perdimus . Versibus ejusmodi obiter quid indigitur quidem , verum res signifacat nunquam exprimitur . Neque Mnemonica aliud præstant , tantum non conturbantia animum ad stolidam sevocatum . Optimè autem omnium sibi pròspicunt , quos , antequam se penitus in Pandectarum studia immergant , minime tader , memoria fideliter trahere non modo singulos titulos , verum etiam illos ad invicem con- nectendi rationes , (quatenus quidem ista haberi posunt ; nec enim accuratas esse , semper necesse est) unâ cum aliqua eorum interpretatione . Hæc enim fulcra sunt & munimina , ad quæ memorandis reperendisque legum capitibus , sicubi labi contigerit , subinde recurrendum . Equidem hanc diffitorem , talium notitiam una etiam comparati posse ubi ipsis Digestis jam incambitur . Verum id aliter rāmen confieri nequit , quān̄ istis plurimum ad finem demum perductis . Et vero dum illis ita studetur , frequenter etiam opus est textibus legendis evolvendisque . Ibi ad indicem percurrere & ruborem incurrit ; & moram afferit cum tædio lep̄e damnoſam . Qui autem vel paulo ante his instructi accesserint , prom- ptissimi mox ab initio & usque erunt , juriſbus sibi undique conquirendis . Per etiam

etiam jucundam est, program ob oculos habere seriem, seu locos communes; eorum quæ & toto opere continentur, & nullo noa tempore deinceps sunt usurpanda. Nihil est quod querentem magis juvet, quod memoriam, ubi ad exercitia ventum, melius alat, augeat, amplificet. Eadem namque juris quæ aliarum doctrinarum conditio est. Harum studiosi plerisque adolescentibus nihil magis obstat, quo minus feliciter progrediantur, quam quod sis pratermissis, quæ ad lectionem propositæ materiae libertus illos perducere potuissent, cumque ad eas deuentum esset, evidenter intelligentiam praefatis, illotis, ita dicam; manibus rerum protinus interpretationes aggrediuntur. Quin & consilii, responsis, decisionibus juris operam præstantibus summe utilem esse, & utramque paginam facere hanc titulorum seriem & continentiam, afferere non dubitatavit IC: Jacobus Gothofredus, arque experientia testatur. **Quis nescit,** ille inquit, **judicantibus vel de jure respondentibus, quantum inter sit scire cujusque tituli vel minimi continentiam;** & sic cujusque materiæ sedem, unde neque flexa neque falsa oracula sua, si quando usus tulerit, promere possint: ne alioquin indices & sèpè frustra perrepere: ne aliorum scripta compilare, cum propriæ famæ jactura necesse sit. Sanè clientum multi hac causa.

Inconsulti abeunt, sedemque odere Sybillæ.
Austim dicere, hanc portissimam sermè tot inianum & flexiliorum consultationum causam. Hac Gothofredus. Malo itaque isti foro Scholisque noxi prorsus averuncando, omnibus bonis vigilandum est. Et consciē ergo hunc in finem olim pro juvenibus nonnullis LL. cultoribus Dispositionem Pandectarum VII. tabulis juxta VII. Digestorum partes comprehensam, unâ cum explicationibus Titulorum eandemque postea plurimis aliis uppeditavi. Exstisit etiam qui isthac vel mensis spacio edocet, non saltim titulos omnes & singulos, verum & numerū illorum ad unguum recitare valuerunt, & deinceps feliciter adiverterunt Digestorum penetralia, satis compertum habeo. Nunc in studiois LL. Juventutis, prefertim Juliz nostræ, utilitatem, usq[ue] mihi promovendam, ista omnium usui expoно & impertior. Ut autem cupidus Pandectarum auditor in limine statim certior fiat, & quasi manibus palpare possit, isthac præter textus claros, suis etiam nisi certis fundamentis, eadem modò recognita rationibus quoque ex ipsis veræ Legum Philosophiæ fontibus arcessitis, quatenus quidem Universalia tractanti licuit, confirmavi. Qvod verò Codicis quoque consequentias non addiderim, hac mihi causa fuit, quod Pandectarum dispositione diligenter memorie mandata, non adeò usque difficile fuerit, ejusmodi quoque titulos deinceps sibi cognitos reddere & familiares. Est enim ferè idem in illis ordo, præterquam quod nonnulli libri de jure publico agunt, ut de jure sacro I. de fiscali X. de patrimoniali XI. & de palatino XII. reliquis seriem Digestorum imitantibus. Prima namque judiciorum habet II. Ipsa civilia, iudicia realia III. Personalia de rebus condicendis IV. de liberorum nuptiis & rutelis V. de successionebus VI. Pratoria iudicia tractat VII. & IIX. Criminalia denique IX. Illud saltim notari meretur, quod plurimi occurrentes ibi singulares tituli, singulariter quoque

quicunque noranti veniant, & cum generali eorum expositione qua exhibere poterunt
Cuiacii paracida, ediscendi. Vos O optimi, ergo in posterum usque sic agite, ut
una cum ad finem perductis ferè imperialibus institutionibus, antequam adhuc occa-
pamini Digestis addiscendis, cognitionem horum τῶν προλεγομένων vobis comparare
minime pratermitatis, proiectiores iisdem in brevi compendo Philosophici juris
nostrī in ipsarum legum studio magno cum fructu imitando, utramini. Bonus, fate-
or, Jurisprudentiam addiscendi modus est, quo juvenes legum ita sepe peritos red-
dant, ut ad respondentium ex illis promissimi evadant. Neque enim alias functio-
nibus suis unquam recte praeerunt, sed de jure ad factum applicando, quæsiti, vel
καὶ πρώτων agent vēl si interprētibus initio gaudent, (quod Pragmaticis non
nullis pessime usurpat) usque incerti vagabuntur. Verum regia illa via est, u-
bi insuper à rebus asūstēnt, leges ad prima principia exquisitus initio facte sunt,
reducere, iisque iterum collectis quid, & cur velint, quæque ejus sit utilitas,
& sic deinceps ostendere posse edocentur. Hæc enim demum vera justi &
injusti scientia est. Valere. Helmstadii Id. Octobr.
anno M. D. LVI.



DISPOSITIO PANDECTARVM.

Tabula Generalis.

PARS I.

Communis, de fine juris, ipsa iuris prudentia, origine, divisione juris, lib. I.

1. Personæ	1. Competentia judicis.
2. Res	2. In ius vocatio. 2.
<i>Præterea,</i>	3. Satisdatio.
<i>prima</i>	4. Editio Actionis.
Judi- ciorū	5. Exceptiones rei. 3.
	6. Restitutio in integrum. 4.
VII.	7. Compromissum.

PARS II.

Universalia; hered. petitio lib. 3.	(Rerum corporalium, Singulare. Rei vind. l. 6.
	Incorporatum, fer- vitutum l. 7. & 8.
	quod contra quosvis posses- siones dentur ut actiones noxa- les l. 9.
	quod ex iure in re & ad rem o- riantur l. 10.
	quod realibus accendant l. 11.

PARS III.

Fille f Realem No. l. 13. 14.	Sub- stancialia
No. l. 15. 16.	Con- sensualia
	vel
	Innominatum et c.
	PARS IV.

Accidentalia, Pignus
&c. l. 20. 21. 22.

Conjugium. l. 23. 24. 25.	Tutela. l. 26. 27.
	PARS V.

PARS V.

Universalia l. 28. 29.	Ulti- mae volu- tatis unde Stre- ccello
	In genere l. 30. 31. 32.
	Particularis ex legato l. 33. 34. 35. 36.
	PARS VI.
	Vniversalia, ut bonorum posses- sio. l. 37. 38.

Vniversalia, ut bonorum posses- sio. l. 37. 38.	Varii causis l. 39.
	1. Juris Personatum l. 40.
	2. Possessionum l. 41. 42.
	3. Causis l. 43.
	4. Exceptionum l. 44.
	4. Stipulationum l. 45. 46.

PARS VII.

de crimi- nalibus	Private l. 47.
	Publica l. 48.

Appellationis. l. 49.

De causis publicis. l. 49. & 50.

A

EXPO:

EXPOSITIO.



Mic jus Romanorum tribus constat voluminaibus, Institutionum, Digestorum, Pandectarum, & Codicis, *Conf. tanta, de confirm. Digest. §. 12.*, cui accesserunt & Novella. Ex illis institutionum libri isagogici sunt. Pandectarum vero ipsius Artis & principales; Methodicam enim habent totius juris tractationem.

Pandecte dicuntur quod omnem legitimam scientiam contineant *i. confit. §. 2. in fin.* ejusque utrum per judicium demonstratum. Judicium enim verum ac vivum juris & justitiae & partic. & universalis sunt exercitium.

Pars carum communis est, quae tractat universalissima juris, adeoque omni in universo Jurisprudentia communia, ut sunt ius h.e., ipsa Jurisprudentia, iurium origo, divisio, praecetta & principia, magistratus, judices, I.Cti, leges &c. Propria agit de iis quae arti juris specialia, personæ, res & actiones. Omnia enim de quibus penes ICros vel judices usquam disputari solet, ad haec tria tanquam propria capita (membra, partes,) referri possunt. Justiniano dispescuntur Pandecte in vii. partes, *d. Confit. §. 1.*

Prima habet tā p̄t̄rā, prima juris & judiciorum iv. libris præcedentia ipsum judiciorum tractatum.

Pars secunda de ipsis judicis, & in specie quæ de causis privatorum sunt, ceteris realibus agit, absolvitur viii. libris, à v. usque ad xii.

Tertia de judiciorum personalibus rerum creditarum, libris ix. à xii. ad xx.

Quarta de accessoriis contraictuum, pignore, damno emptoris ex adulito editio, evictione, usuris, probationibus: Nuptiis item & tutelis, lix. libris à xx. usque ad xxix.

Quinta de ultimis voluntatibus, libris ix. à xxix. ad xxxvii.

Sexta de judiciorum Praetoris, bonorum possessionibus, & legitimis successionibus, novi operis nunciatione, damno infectio, donationibus, item manumissionibus, dominio, possessione, usurpatione, interdictis, exceptionibus, obligationibus & actionibus, iiii. libris à xxxvii. ad xlvi.

Septima denique de Stipulationibus, fideiunctionibus, novationibus, solutionibus judiciorum criminalibus, appellationum, & de causis publicis. Quibus sub calcem adjectum est totius juris breviarium, titulus de verborum significationibus, & de regulis juris, vi. libris à xlvi. usque ad finem.

Interpretes Digesta partituntur in Vetus, se extendens usque ad tit. foliū. matr. Infortiatum (infarcitum) usque ad tit. de nov. oper. nunciat. & Novum, à d. n. ad finem.

Ad historiam eorum pertinent iv. Justiniani Constitutiones, una de Conceptione Digestorum ad Tribonianum, Lampadio & Oreste Consulibus edita, anno post. S. N. lxxx. XVII. Kalend. Januarii, relique de corundem Confirmatione, & jur. doc. yat. anno lxxxii. Justiniano eti Consule prolatæ.

Editio voluminum Juris Justinianei denique haec notari meretur. Anno post C.N. lxxviii. Id seu 13. Febr. Imperator componi mandavit Codicem de suo nomine dictum, *Confit. b. que. de nov. Cod. fac.*

Anno lxxxix. Id. seu 7. Apr. eundem edidit & confirmavit, *Confit. summa C. de Justin. Cod. confit.*

Anno lxxx. xviii. Lal. Jan. b. e. 15. Dec. Digesta componi jussit, *Confit. de autore. de conceps. Digest.*

Anno lxxx. lxxxi. in eo continuatum fuit.

Anno cod. xi. Kal. Dec. seu 21. Nov. Institutiones edita, prooem. Instit. §. ult.

Eodem anno xvii. Kal. Ian. b. e. 16. Dec. Digesta, de confit. tanta. & confit. omnem. derat & metib. jur. doc.

Anno lxxx. iii. Kal. Jan. seu 30. Dec. utraque volumina confirmata sunt, *Conf. tanta. & dedicit. §. 23. de Confirn. Dig.*

Anno lxxxiv. XVI. Dec. seu 15. Nov. prodiit & confirmatus est Codex repeditæ, prelectionis, *Conf. cordi de emendatis. Cod.*

TABULA SPECIALIS. PARS I.

Communi- nis, de	Fine Juris & ipsa jurisprudentia Lib. 1. tit. 1. de Iust. & Jure.	
	Origine juris tit. 2. de Origine Iuris.	
	Divisione, tit. 3. de legib. & tit. 4. de Constitutionibus Principiis.	
	(1) Libertatis	Dominica
	Personae unde Jus	Civitatis Familiae personae.
		Constituitur po- testate relata qua
		Patria, 5. de his qui suis vel alienis Iuris sunt. Finitur emancipatione, 6. 7. de Emancipationibus & adoptionibus. rum triplices tit. 5. de stat. homin.
	(2)	
	Resist. 8. de rerum divisione, & qualitatibus.	
		Officium Urbanum Ordinum Senatoris, tit. 9. de Sena- torib.
		Consulitis, tit. 10. de officio consulitis.
		Praefati prætorio, tit. 11. de officio praefati prætorio.
		Praetorii, tit. 12. de officio praefaturi.
		Questoris, tit. 13. de of- ficio Questoris.
		Praetoris, tit. 14. de officio Praetoris.
		Extraordinarium, tit. 15. de officio praefaturi i. gabinum.
Pars Digno- florū alia		Protonotarii & legati, tit. 16. de offi- cio procons. & legat.
		Praefati Augustalis, tit. 17. de officio praefatti Augustalis.
		Praenotarii, tit. 18. de officio praenotarii.
		Procuratoris Cesarii, tit. 19. de offi- cio procuratoris Cesarii.
		Juridicii Alexandriæ, tit. 20. de offi- cio Juridicii Alexandriae vel rasona- lis.
Propria, cujus tra- [membra]		Delegati, tit. 21. de officio ejusmodi mandatae i. Jurisdicione.
	[3] Actio- nes i. ju- dicia. Horum alia	Affessoris, tit. 22. de officio affesso- ris.
		Mixtum
		Potestas five Juris- dictio, Lib. 11. tit. 1. de Jurisdictione: ex tendens se in
		Magistratum, tit. 2. quod quis Juris in alterum statuerit, ut ipse codicetus. Affectoris, tit. 3. si quis Jurisdictione non obtinperaverit.
		Comparere debet, tit. 5. si quis in ius vocatus non erit Satisfactio tenetur de Judicis, tit. 6. in ius vocatus ut gant, vel sicut, aut eant, dent.
		Invitus rapitur, & sub pena edicti non eximendus est, ut. ne quis enim qui in ius vocab. ut eximat.
		Dirécto, tit. 8. quis satisfare cogatur.
		Noxali, tit. 9. si ex noxali can- tagiatur.
		1. Contra illum qui fati- dantem iurum impedi- vit, tit. 10. de eo per quem fa- tum oris.
		2. Contra ipsum promit- tentem si non comparer, tit. 11. si quis causonis in- jude.
	2. In Jus vocatio tit. 4. de in- jus voc ad quam Re us vel	Qualitate & divisione in Judicio
	3 Satisfa- ctio, de cu- jus	Compare- re Pena obti- non co- net paren- tis
	Efectu qui est	
A.	Ipsa Judicis, quorum tractatus tabula sequens habet.	

A 2

4. Editio

A.	4. Editio actionis s. oblatio libelli, tit. 12. de edendo que cessat diebus feriatis vel datis dilationibus; tit. 13. de feriis & dilationib.
5. Excep- tiones	malē { Pa&i, tit. 14. de Pal&i. dila- toriis tit. 1. de Transaktionis, tit. 15. de transaktionibus; Rei de postulando { Pofulan [Contra infames, tit. 2. de his qui non ante <i>rum</i> infamia. procurato- ribus] { Contra calumniatores, tit. 6. de calumniatoribus. Procu- rando & defen- dendo { Privati, tit. 3. de procurato- ribus. man- dato { Cum iuribus Universitatis, tit. 4. quod eiusq; Universitatis nom- Sine mandato, qualis negotio- rum geflor. tit. 3. de negotiis. 6. Resti- tutio in integrū Lib. 1v. tit. 1. de integrī restit. ob 7. cauſas 7. Recepitum & de rebus recepitis, tit. 8. de recipitu arbitris &c. ubi et ceteris.
	Metum, tit. 2. de eo quod meritis causa. dolum, tit. 3. de dolo malo, atatem, tit. 4. de minoribus 25. ann. errorem, Status mutationem, tit. 5. de caput minorum, Justam absentiam maiorum 25. ann. tit. 6. ex qui- bus causis major. Alienationem judicii mutandi causā factam, tit. 7. De alienatione judicis mur. Compromissum, tit. 8. de recipitu arbitris &c. ubi et ceteris.
	et ceteris.

Tituli primæ partis Digestorum.

& eorum Expositio

LIBER I. Tit. I.

De *Eius* *Justitia* & *jure*. Justitia est constans & perpetua voluntas suum cuique tribuendi, pr. l. b. l. 10. cod. Jus Ljuris prudentia, divinarum atque humarum rerum notitias, iusti & injusti scientia, d. l. 10. §. 2. vel ar bonis & aqui, l. 1. pr.

2. *De origine juris, & omnium magistratum, & successione prudentium*. Tres sunt tituli partes I. de origine & progreſſu iuris civilis, cœu mūte legis. II. Magistratum, qui loco legis loquuntis. III. De successione prudentum l. Jctorum, qui iuris interpretantur, quorum utus est necessarius, l. 1. §. de jure civilib.

3. *De Legibus Senatoris & consulti, & longa consuetudine*. Lex in genere est iegula (Majestatis) iustorum & iuſtorum, præceptrix faciendorum, & prohibitrix non faciendorum l. 2. Senatoris consultum jus quod Senator jubet atque constituit, l. g. b. t. Confervudo, quod uſt introdūctum, factio Majestatis consensu approbatum, §. 5. d. j. n. g. &c. l. 12. b. 2. g. l. d. r.

4. *De Constitutionibus Principum*. Constitutione Principum jus est quod unus gubernans Remp. constituit, l. t.

5. *De Status hominum*. Status hic denotat civilem conditionem hominum, quam a jure habent, unde jus personarum.

6. *De his qui sunt sui vel alieni iuris*. Sui iuris sunt patres & maiores, sua potestatis, sive paberes, sive impuberes. Alieni iuris, filii vel filie familiarium, in aliena potestate, l. 4.

7. *De adoptionibus & emancipationibus & alii modis quibus potest Patria solvitur*. Adoptioni est actus legitimus naturam imitans, per quem in locum filii suscipitor qui natura filius non est, s. 4. & §. 1. b. t. Filiatio, Emancipatio, actus quo à patre is qui in potestate est, ex illa dimittitur & sui sit juris, §. 6. quib. mod. patr. pot. solv. De aliis modis solvenda patria potestatis hic non agitur nisi quat. regulæ generales l. 12. & l. 13. ad illos quoque pertinent.

8. *De divisione rerum, & qualitate*. Res hic sensu juridico capit, ut persona & judiciis, quæ alioquin non minus continet, opponitur. Harum non una existunt divisiones, (generis in species, aliaque magistralis) diverse item qualitates, propriæ affectiones, (proprietates) circumstantiae.

9. *De Se*

onib; +

9. De Senatoribus. Competentia Iudicis, latè accepti pro magistratu, hic est id: neatis jus dicturi, (ad jus publicum pertinens) à quo actio olim imperari, & coram quo institui debeat. Hinc tractatus de Magistratibus huic colloquatus est (quales quidem fere usque ad Alexандri Sevēri tempora fuerunt.) Latius autem eorum est officium quam potestas saltim in jurisdictione consistens, *l. de iuris dicitione* Senatus est electorum virorum, non plebejorum cœtus, *arg. l. 23. de V. S.* Duo enim summi ordines Romæ erant; Senatorius & plebejus *d.l.* vel; ut alii volunt; trés, Senatorius; Equitris & Plebejus: Senatores vel patriti vel Senatores in specie sic dicti; in Senatum lecti, *§. 4. I. d. j. n. g. &c.* De ordine Senatorio ejusque dignitate hic agitur, ex quo eligi solebant Magistratus. Est vero hic Romanis persona publica qua jurisdictioni praefit. Et vel urbanus; (in urbe Roma) vel provincialis (in provinciis & omanii imp. Remp. administrans & jus dicens) illeque vel est ordinarius qui semper in Rep. erat, vel extraordinarius:

10. De Officio Consulis. Ex ordinariis erant Consules; dicti ex eo quod Rep. plurimum consulerent, *l. 2. §. 10. de orig. jur.* Quorum vero officium & potestas pro diverso Rep. statu diversum fuit.

11. De Officio Praefecti prætori. Praefectus Prætorio est Magistratus Imperatorius, Imperatori adjunctus Majestatis servanda causa, ut Magistri Equitum Dicloris, & Tribuni Celerum Regibus; vicarius Principis, *l. 1. C. de off. vir.* Prætorium est tabernaculum prætoris. Fuere autem quatuor: Duo in partibus orientis. 1. præfectus Prætorio per Orientem. 2. Praef. Præt. per Illyricum. Duo per occidentem. 1. per Italiam 2. per Gallias: Sub Italia erat præfectus Africae, quam Justinianus exactis Vandals exemit, eique propriam præfecturam dedit, *l. 1. d. C. Off. Praef. Præt. Afr.* Ita quatuor superioribus additus est quintus: Ab his non appellatur.

12. De Officio Praefecti urb. Praefectus urb. sub statu Regio fuit extraordinarius Magistratus qui ubi possidente Rege & principiis Magistratibus, cum jurisdictione praeficeret. Statu populari & creatis Prætoribus, Praefectus eligebarur tantum Latinarum feriarum causa, *l. 1. §. 33. de O. l.* idem extraordinaire. Statu Monarchico erat perpetuus Magistratus vir consularis, qui judicabat de causis civilibus & criminalibus intra urbem.

13. De officio Questoris. Questores alii erant sub Regibus querendæ pecuniae publicæ, & Aetatio præfecti. Alii sunt deinceps post Regicidium creati, ut Imperatores in militiam comitarentur, rem pecuniarium administraret, & prædam in rationes publicas referrent. Alii sub Imp. Urbani provinciali, qui in urbe vel extra vici regi exigerent, militibus dabant stipendia, singulaque accepta expensaque rationibus inferebant.

14. De Officio Praetorum. Praetor est proprius magistratus cui juris dicendi data potestas, *l. 2. §. 21. de O. I.* & quidem in urbe. Erat autem duplex, urbanus qui ibi civibus, & peregrinis, qui ibideum peregrinus jus dicebat, *l. 2. §. 28. d.t.* Alius deinde coepit esse provincialis, *d.l. 2. §. 33. N. 24. 25.*

15. De Officio praefecti Vigilum. Praef. Vigilum ab Augusto primus creatus fuit incendiis obortis extinguidensis. Cognoscetar de suribus, raptoribus, effrautoribus, receptritoribus, *l. 2. §. 4. b.* Ubi notandum quod prædictis munieribus magistratus, sec. principia politica, principia Rep. cura & moderata comprehensione sit five species rem militarem, five civilem, five coercionem hominum delinquentium & litigantium, five rerum & pecuniarum custodiā.

16. De Officio Proconsulis & Legati. Proconsul tempore Augusti erat, qui à Consule in consulariē provinciam nomine Conſul is mittebatur, ubi habebat jurisdictionem & summum Imperium, *l. 6. l. 11.* Postea qui uno anno in urbe Consul, is altero extra Proconsul erat. Huic addebatur Legatus a Senatu, qui propriam & ordinariam habebat jurisdictionem, non criminalem.

17. De Officio praefecti Augustalis. Praefectus Augustalis alias dicitur Ägypti, quod Ägypto in provinciam redacte ab Imperatore præficeretur. Unde est præf. provinciae illius.

18. De Officio Praefidis. Praeses propriæ & in specie est vicarius f. Legatus Cæsaris in provinciam missus, quam cum jurisdictione administraret.

19. De Officio procuratoris Cæsaris, vel rationalis. Procurator (mandatarius) Cæsaris jus Cæsariorum, & causis fiscalibus in provinciis praefit; ut in urbe Praefectus arabo *l. 2. §. 19. de transact.* Unde & rationalis dicitur, qualis in libera Rep. Questor fuit.

20. De Officio iuridici. Juridicus Alexandrinus, Ägypti civitatis, est qui specialiter ab

Augusto illi urbi est tributus Magistratus: Quia non censuit tutum unius prefacture (scilicet Praefecti Augustialis) credi tam munitam & præpotentem provinciam.

21. *De Officio ejus cui mandata est juris dictio.* Mandatam Jurisdictionem habere dicuntur, cui à Magistratu exercitum commissum est, de civilibus & privatis causis jus reddendi, ut partibus suis vice ejus fungatur. Ergo differunt. 1. qui propriam habent jurisdictionem, ut Magistratus. 2. qui mandatam sive delegaram jurisdictionem hoc est usuram seu exercitium jurisdictionis, à Magistratu data. 3. Mandari vero dicuntur illa, quae sunt jurisdictionis tantum, h.e. qua Magistratus concessa sunt sub nomine jurisdictionis generalis. E. quae specialist vel lego vel SCto, vel Confl. solebant à Majestate concedi, non possunt mandari, ut merum imperium seu jus gladii. l.n.

22. *De Officio Affectiorum.* Adiutorum sunt, qui judicibus provincialibus juris dicendi causa addebat, ut opera eorum uterentur in jure dicendo.

Liber II. Tit. I.

DE Jurisdictione. Jurisdiction est potestas de civilibus & privatis causis jus reddendi iure Magistratus competens. Sic excluduntur tam Reservata Principis & Criminalia quam que specialiter concedi solent. Huic coheret Mixtum Imperium, l.3, quod est modica exercitio jurisdictioni tuendis infra viens. Merum imperium est potestas gladii, animadversandi in facinorosos. d.l.3.

23. *Quod quis juris in alium statuerit, ut ipse eodem jure utatur.* Fundatur in Regula naturali: Quod tibi non vis fieri alterius feceris. Ex hoc editio datur actio personalis ei, qui laesus est novo jure, contra eum qui dole vel latâ culpa statuit vel impletat novum jus adversus alium, ut utatur eodem jure iniquo in sua causa. l.1. § si quis b. t.

3. *Si quis dicunt non obtemperaverit.* Ut Magistratus judicare aequaliter debet, ita & eius jurisdictioni pro debent cives, nisi penam coerceri velint. Nam ex hoc editio datur Actio Personalis Judicii contra contumacem (& tutores procuratoresque) ad penam conomicam solvandam, quanti est afflatus.

4. *De injuria vocando.* Omnium actionum instituendarum principium est in Jus vocatio. Est autem in jus vocare adversarium suum juris experiundi causa ad Praetorem vocare, l.s. b. Quidam vero in ius vocari nequeunt ob prohibitionem legis, l.2.3. & 4. pr. b. quidam non nullum venia possunt. Hinc actio ex Edicto personalis datur ei, qui contra hoc Edictum vocatus est, ad penam L. aureorum, l. in eum 24. b. vel si inopia laborat, ut quasi in officio suis cafigetur, d.l. ult. Quod non petetur jure Actionis, sed Judge ex officio faciet, cum non sit in obligatione.

5. *Si quis in ius vocatus non seruit, sive quis cum vocaverit quem ex editio non debuerit.* In ius vocatus venire jubetur, ut si qui injuria vocatus est, cum ex Edicto vocari non posset. Nam non contentum debet auctoritas Praetor, l.s. de judic. alias multatetur non veniens.

6. *In ius vocati ut eant, vel sat, aut causum dent.* Neque vero absolue necesse est sequi in judicium, sed dimittendis illes, qui satisfactionem Judicio sibi certo aliquo comodoque die offert. Caveatur vero vel fidejussionibus, vel pignoribus, vel per juramentum vel per nudam promissionem.

7. *No quis cum qui in ius vocabitur, vi eximit.* Ex hoc Edicto datur Actio contra eum, qui venientem vi eximit quo modo, quanti ea res, de qua controversia est, ab Actore juramento assimilatur.

8. *Qui sat dare cogantur, vel jurato promittant, vel sua promissioni committantur.* Satisfari debet dictis modis, & non pignoribus. Idque tam in judicio directo, quam noxali, si ex delicto alicuius servia agatur. Hoc eum fidejussiones non nisi post debitorem excutiantur, auct. præfecte. C. de fidejus. & mandatoribus, & depositione pecunie, in judicio caveri potest. Sua promissioni committuntur his, qui immobilia possident. l. scindam b. t.

9. *Sed noxali causa agatur.* In judicio noxali ne alienet dominus servum, debet litteri contestari, sic enim rem litigiosam jam factam non poterit alienare.

10. *De copre que satum erit quo minus quis in iudicio sifiat.* Si quis dolo malo faciat, quo minus quis promissionibus judicio sifendi causa factus obtemperet, datur ex hoc Edicto actio in id quod intereat. l. pr. & 3. b.t.

11. *Si quis cautionibus in iudicio sifendi causa factus non obtemperaverit.* Si ipse Reus contenta promissione sua vadimonium deterat, tum, si certum promissum est iudicio sifendi causa, auctor agit. Conditione certi ex stipulatu, ad illud; si simpliciter tantum promissum, incerti Coadiutor in id quod interest competit.

12. D.

12. *De feriis & dilatationibus & diversis temporibus.* Feriæ sunt dies quieti à civili bus judicii, dilatationes, prorogationes dicti iudicij. Tempora diversa vocantur quod aliud sit continuum, aliud utile: illud est quod continenter ita currit ut nec dies feriati excipiatur, l.3. C. de dilat. hoc in quod non imputantur dies, quibus id quod faciendum, quavis de causa fieri nequit, l.2. quis ordinis boni possit servare.

13. *De Edendo.* Edere est proferre id, unde advergari sibi notitiam comparet eius quod à scilicet scire non potest, ad item tamen scire opus est. arg. l.1. §. 1. b. Eduntur vero libellus, Instrumenta, Rationes.

14. *De Pactis.* Pactum in genere est duorum vel plurium in idem placitum consensus; in specie, convenio carens, nomine & causa. Contractus autem proprie est convenio, quæ ex se & sua natura producit obligationem ad agendum efficacem, id. que ob nomen & causam.

15. *De transactionibus.* Transactione estrei dubia vel litis incerta, neque finita, aliquo dato vel retento, vel promissio conventa decisio, l.1. h. l.3. §. 1. ad L. Falcid. l.38. C. h. r. Quando hac sit per stipulationem, metonymice dicitur contractus nominatus, quando per pactum nudum, pactum, quando per innominatum contractum, contractus innominatus. Exceptiones peregratoria & perpetua dicuntur, quæ semper agentibus obstant & perimunt actionem, ut doli mali, quod metus caui, pactum de non perendo. Anomalæ quæ litis ingressum impediunt. Temporales & dilatatioæ, quæ diffundunt actionem non perimunt, §. 9. & 10. de Except. ut sunt procuratoriae.

LIBER. III. Tit. 1.

DE Postulando. Postulare est desiderium sui vel alterius amici in jure apud eum qui jurisdictioni praefere, (quod actoris) vel alterius desiderio contra dicere, (quod rei). l.1. §. 2. b. Si vero quis postulare nequit, tunc opposita hac exceptione diffundunt judicium.

2. *De his qui notantur infamia.* Postulare prohibetur infamis. Notari vero infamia est probolis in iustum non honestior nobilis personæ decore & jure privatis, l.2. C. de fecund. nupt. Iude famæ diminutio, nonora & privatio. Imminuitur vero fama vel per legem notantem turpe factum, ut in l.1. b. f. vel propter turpe factum tantum, vel propter leiem maculam, l.37. C. de inoff. sepi. Prima imminutio dicitur infamia juris. Secunda infamia facti: Tertia (macula) oritur vel ex spuria progenie, ut in spuria, vel propter sordidum vitæ genus, ut Carnificis, Excoriatorus, Castratorius, Vulgo hodie huic referuntur filii obfetricum, pastores ovium, textores, molitor es &c, sed falso propter Reform. Imp. pol. d. Anno 1577. t.38. von Handwerck Sodner.

3. *De Procuratoribus & defensoribus.* Procurator est, qui alio negotio mandato domini administrat l.1. pr. h. t. & Actoris & Rei, in iudicio & extrallud. Denuntior, qui sine mandato abiente defendit, Reum scil. & tantum in iudicio.

4. *Quod cuiusq; universitatis nomine, vel contra eam agatur.* Universitas est corpus (collegium, societas, civitas, municipium) ex distantibus personis, l.2. §. 5. de R. V. hujus etiam procurator est, l.1. §. 3. b. qui dicitur Syndicus.

5. *De negotiis gestis.* Sub Procuratore latè sumptu comprehenditur Negotiorum Gestor. Est autem Negotiorum gestio q. contractus, quo quis abentis & ignorantis negotiis gerit utiliter sine mandato, l.1. Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.

6. *De calumniatoribus.* Calumniantur in Criminalibus est falsa crimina intentare, in Civilibus per calumniam agere vel excipere, ad negocium faciendum dolosè, l.2. C. de jure prop. calumn. dand. Calumniantor hic est, qui pecuniam accipit ut aliquid negocium faceret vel non faceret. Hinc ex editio ei eram qui calumniam passus est, datur actio adversus eum, qui ad hoc locat operam suam pro pecuniam utalio, si dederit, si promiserit, intra annum in quadruplicem, post annum in simplum.

LIBER. IV. Tit. 1.

DE in integrum restitutionibus. Si latus aliquis fuerit, et si ex justitia resticta tenetur, tamen ex equitate aliquando potest impetrare in integrum restitutionem. Est autem restituiri in integrum remedium extraordinarium, quo prator naturalem exquitatem fecerit, homines ex iusta causa vel lapsis vel circumscriptis, in eum statim, in quo ante lesionem erant, causa cognita reponit, perinde ac si nullum negotium gestum fuisset, l.1. & seqq. h. t.

7. *Quod metus causa gestum erit.* Metus est instantis vel periculi futuri causa, intentis

mentis trepidatio, l. i. b. Vis majoris rei impetus, qui repellere non potest, l. 2. b. Hinc datur actio, quod metus causa personalis in rem scripta, ei qui verè metum jutum passus est, adverius cum, qui metum intulit, et res ad alium pervenit, ad restitutionem ejus quod abeit cum fructibus, vel poenam quadruplici.

3. De dolo malo. Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, l. 1. §. 3. b. Hinc datur Exceptio & Actio. Hac actio de dolo est, personalis ex maleficio, daturque ei, in simplicitate sua circumscripta est, nec habet aliam actionem, l. 2. C. de dol, adversus dolosum, ut quod ad eum pervenit restituatur, vel praefecetur quanti in erexit deceptum non esse.

4. De minoribus viginti quinque annis. Constat minorum 25. annis lubricum ac infirmum esse consilium, & multis captionis suppositum, multorum infidus expositum, l. 1. b. Hinc est actio ex hoc condictio personalis in rem scripta, qua datur minoribus 25. annis, laisis quovis modo, contra quemvis qui impotuit (quandoque adversus rei possessorum, l. in causa §. 1. de min.) ad restitutionem in priorem statum.

5. De capite minutis. Capitis minutio est prioris status commutatio, l. 1. h. Quia vero cum quis per emancipationem, olim solenni quadam imaginaria vocationi debatur in servitutem, cui nulla obligatio civilis adhaerere poterat, l. 3. §. fin. h. t. creditores perdebat actiones. Hinc ex hoc Edicto datur actio contra eos debitores qui statim mutarunt, resuscitata status mutatione, l. 1. pr. ad §. 1. b. Datur quandoque Restitutio & ob errorem, fed faltem in tribus casibus, unde singulariter tit. de eo non extat i. in l. 4. §. f. quod fals. eis, aut 2. §. 33. 1. de act. 3. in l. 1. §. 9. de item. actus. pr. priv.

6. Ex quibus causis maiores viginti quinque anni in integrum restituantur. Justificant faciunt multa absentia Reipub. causa studiorum. Ratio est ne cui officium publicum sit damnosum vel comprehendiosum. Hinc judicium pratorum personale in rem scriptum datur eis, qui ex necessitate [non tamen culpâ suâ] vel ex causa probabili studiorum absunt, contra eum, qui latit absentem quovis modo, ad restitutionem. It. datur presenti) ex secundo capite Edicti) contra absentem.

7. De alienatione judicii instanti causa facta. Quicunque alienando rem eus ius vendicatio timeretur, alium nobis sive loco adversarium substituit, idque dolo in fraudem nostram fecerit, tanti noqvis infaciens actione tenetur, quanti nostra interest alium adversarium non habuisse, l. 1. b.

8. Derecepis qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant. Quia facilius sapientia finiuntur lites per Arbitrios Compromisarios, ideo quibus res est dubia, sapientia solent eligere arbitrum ranquam virum bonum, disceptatorem causa dubia l. 3. §. 1. b. ne ipsi adjudicem irre necesse sit. Igitur commode inter preparatoria referuntur compromissum. Est vero compromissum utriusque litigatoris promissum & mutua stipulatio, quâ litigatores sibi invicem sub pena promissa carent se arbitri sententia stare velle, l. 1. §. 1. & 4. l. 2. §. 1. h. Hinc differunt. 1. Arbitrator (qui & arbitrio dicitur) qui in bono fiducie datur electione partium, ut sue arbitrii arbitrius quantum sit rei pretium, l. 35. §. 1. de contrah. empr. 2. Arbitris compromisarios ex compromisso litigatoribus electis, qui ordinem juris servet. 3. Judex pedaneus qui notionem tantum habet. 4. Magistratus, qui jurisdictionem. 5. Arbitri juris, qui ex necessitate recipiuntur ut quando Judex ante litis contestationem pro suspecto habetur & iussu Magistratus, l. 16. C. de jud.

9. Nautae, caupones, stabularii ut recepta restituantur. Nauta hic est, non qui navigandi causa in nave est, sed qui navem exercet, ut trajiciat vectores, l. 1. pr. Caupo, qui cauponam, ad quam viatores se recipiunt. Stabularius qui stabulum ubi iumenta stabulantur, exercet, l. 1. §. 5. b. De his autem hic agitur, quod ex compromisso recipiatur vel causa definienda, vel res custodienda nautis, caupoibus, stabulariis ubi iumenta stabulantur. Utrumque sec. principia à

PARS

PARS II.

de causis priuatorum	Realia	puretalia	Civile, querela in officio testamenti, r. 2. de inoff. testam. L. XII. tabb., unde petitio Totius, r. 3. de her. per. hereditatis. Partis, r. 4. si pars her. per. Pratorium & ex Scto, possefiora & fideicommissoria heret. ditatis petitio, r. 5. de possess. her. per. r. 6. de fid. her. per. terum corporali. Veri L. VI. r. 1. de rei vnde dicatur. um, ut Dominici ficti, r. 2. de Publiciana in rem att. vindicatio Utulis, r. 3. si ager veltigal. s. c. emphit. per.
			Venus jure accrescen- di, r. 2. de usfr. r. 1. de acqui- accrescendo usfr. ritur Legato, tit. 3. fr. legat. cedac et quo ^r quād. dies sus- ue. amittitur, tit. 4. quib. mod. usfr. amitt. Improprius, r. 5. de usfr. ear- ver qua us. consum. actio, tit. 6. si usfr. pet. vel ad al. pert. neg.
			Opera servorum, r. 7. de oper. serv. Vitus & habitatio, r. 8. de nf. & habita. quibus communis est cautio, r. 9. usfr. quem. cav.
de negotiis civilibus	Singularia	renum incorporalium ut Servitium	Realium propria, suburbanorum, r. 2. de servis. urban. clic pra- pred. L. IX. r. diorum rusticorum r. 3. de serv. rustic. pred. de Servi- de que habentur r. 4. com. pred. tutib. commu actio, r. 5. si servis. vindict. quarum nia modi amittendi, tit. 6. quem. serv. amitt.
			sacio de pauperie, L. IX. r. 1. si quadro. panp. sec. quod contra pos- cui ob affinitatem jungitur, r. 2. ad L. seffores dentur. Agnisi. ut actiones noxa- actio dejec <i>tū</i> & effus <i>iū</i> , r. 3. si quis dejec. les vel effud. actio noxalis, r. 4. de noxal. action.
			quod partim ex finium regundorum L. X. r. 1. fin. regund. jure in re, partim famili. et circund. ex jure ad rem o- communi dividundo, r. 3. comm. divid. riantur actio ad exhibendum, r. 4. ad exhibend.
Personalia.	Secun- dum quid, vel	Pratoria de criminalibus. Appellacionis, de causis publicis.	prapa actio interrogatoria, L. XI. r. 1. de inter- rog. injur. faciend. quod ac- nem ut informationem, r. 2. de quib. reb. adiund. cedant suds. est.
			actionis de servo corrupto, r. 3. de serv. corr. ad L. Aq. de fugitivo, r. 4. de fugitivo. vel ancil- & mate. de alce lulu, r. 5. de aleator. lentur a- rig de dannis ctionib. pradi- finium regundorum, finisensor sefellerit. 6. cis, ad e- simens, fals. mod. dixer. arum supplementum rei vindicationis, de religioso, 7. de relig. & sacerdot. fin. de mortuo inferendo, r. 8. de mort. infer.

B EXPO-

EXPOSITIO

LIBER V. Tit. 1.

De *Judicio & ubi quicunque agere, vel conveniri debet.* Post Præparatoria Judiciorum sequitur inspecie materia ipsorum judiciorum & tractatus latissimus. Nulla namque res est, in qua magis conspicuum existit verum & vivum juris ac justitia exercitium. Agitur vero sibi hoc tit. 1. de ipso judicio tamquam toro. 2. de Foro competente, ubi sc, quisque agere vel conveniri debet. Judicium est legitima causa disceptatio coram judge à litigatoribus instituta, ut ejus sententia controversia finiatur. Forum competens actoris est forum Rei. Actor enim naturaliter sequitur forum rei ubi hic id habet, l. ult. C. ubi in rem. Reus fortuitum Forum. 1. ratione domiciliū ubi larem vovet, aut majorem bonorum parrem possider, & assidue versatur. 2. ratione contractus. 3. ratione delicti, l. i. C. ubi in rem. 4. ratione rei sitæ (situacionis) d. l. ult. C. ubi in rem. Sed prædicta regula nonnullas habet exceptiones. Judicia sunt vel de causis privatis vel de publicis, concernentibus privatorum vel Reip. utilitatem, l. 13. §. 1. C. de judic. Instantia prima est exercitatio judicii à litis contestatione ad sententiam usque, facta coram judge superiori habente. Judicia de negotiis civilibus, in genere ratione materia dicuntur, quæ causam civilem & pecuniarium habent: de criminalibus, quæ causam criminalem, tum privatam continent: Illa constituta sunt ad bonum inducendum, hæc ad malum vindicandum. Civilia judicia opposita Prætoris sunt quæ L. XII. Tabul. Plebisitris, SCtr. & constitutionibus Principum introducta sunt, vel salmi approbata & informata, de causis pecuniaribus. Prætoria quæ Prætor vel alius Magistratus ex sua jurisdictione introduxit l. 7. pr. & §. 1. de iust. & ver. §. 3. l. de act. Judicium reale purè tale est, quod 1. descendit ex iure in re, & 2. datur contra quemvis possessorem, l. 25. de O. & A. Jus in re est quod rem ipsum afficit, unde res affecta dicitur, das dingliche Recht. Idque est quintuplex: Dominum in specie dictum, jus hæreditarium, servitus, Pignus & Possessio.

2. De inofficio testamento. Querela in officiis restam. remedium extraordinarium, quod liber à patre in iuste exhereditat, aut à matre præteriti, queruntur testamentum (quod recta impugnare nequeunt ob reverent. parentib. debitum) eis contra officium pietatis factum, (aliqua circuitione) ideoque peccunt illi recindi.

3. De hereditatis petitione. Hæreditatis petitor est actio realis, universalis, mixta, quæ quis petit hæredem se declarari, hæreditatemque jure ad te pertinentem ab eo, qui pro hærede vel possessore possidet, sibi restitui, l. 10. b.

4. Si pars hereditatis petatur. Patiem hæreditatis petitor, qui non ex acte est hæres, sed ex parte tantum, quamvis possessor totam hæreditatem detinet; quia Actor petitionem suam informat non ex eo quod alter possidet, sed ex jure suo, quod ipse habet. l. 1. pr. §. 1. b.

5. De possessoria hæreditatis petitione. Prætoria hæreditatis petitiones dantur illis, qui similes sunt hæredibus. Ita possessoria hæreditatis petitor actio realis, universalis, bona fidei, mixta, datur bonorum possessori adversus eum qui bona hæreditaria pro hærede vel possessore possidet.

6. De fiduciomisoria hæreditatis petitione. Hujusmodi est quoque fiduci com missaria hæreditatis petitor, itidem actio realis Prætoria, & datur ei cui restituta est hæreditas ex fiduciocommissio (SCtr. Trebell.) verbottenus tantum, l. 3. b. adversus eum, qui pro hærede, vel pro possessore hæreditatem possidet.

LIBER VI. Tit. 1.

De rei vindicatione. Judicia Realia singularium rerum inter alia oriuntur vel ex dominio vel servitute. Dominium est jus in re constitutum, quo res corporalis nostra est. Idque l. vel est Verum vel Fictum. Ex vero datur Rei vindicatio actio realis, quæ actor dicit rem suam esse; ideoque se dominum rei corporalis declarari, eamque officio judicis sibi restitui petit, §. 1. l. de act.

7. De Publicana in rem actione. Fictum dominium revera dominium non est, ratione effectus ramen & realis actionis pro tali habetur à Prætore. Ita (extra ordinem) fingitur dominium acquistatum ab eo, qui rem à non domino iusta causâ, bona fide accepit necdum tamen usuccepit, si eam postmodum amittat dictus bon. fid. possessor.

Huic

Huic innititur Publicana in rem **Actio**, qua is qui à non domino rem traditam ex iusta dominii acquirendi causa bona fide accepit, nec dum usuccepit, eandem amissam à quovis possessore, præter vetum dominum; (qui potior jure ordinario) sibi restituui petet, II. Dominium verum aliud est Plenum; aliud Minus plenum. Illud quod quis pleno iure acquisivit, ita ut utilitatem rei cum proprietate habeat. Hoc vero vel est Directum vel Utile. Illud proprietatem tantum, hoc utilitatem seu emolumenntum tantum sed perpetuam instar dominii continet, quale habet Emphyreuta.

3. *Si ager vedi galis, id est emphyteuticus petatur.* Unde actio realis seu utilitas Rei vindicatio, quā Emphyreuta cum plenissimam agri emphyteutici utilitatem, domini instar habeat, eandem à quovis possessore repetere potest.

LIB. VII. TIT. I.

DE *usufructu*, & *quemadmodum quis uatur fruatur*. Scrivitus in genere est jus in re aliena corporali constitutum; ad alterius alicuius vel personæ vel rei utilitatem. Hinc à fine dividitur in Personalem & Realem, Personales hic sunt 1. Usufructus 2. Operæ servorum. 3. Usus. 4. Habitatio. Usufructus definitur in l. 1. b. & pr. *Instit. cod.* jus alieni rebus utendi fruendi, salvâ rerum substantia. Dividitur (1) a causa Efficiente in conventionalem, qui conventions constituitur, & Legalem, qui lego: quem habet pater in bonis filiorum adventiciis, &c. (2) ab Accidenti in Causalem & Formaliem, seu conjunctum & separatum. Ille est quem dominus habet ex causa vi, seu jure dominii, indeque cum causa rei (usufructus) hoc est cum proprietate conjunctus est, unde et plenus est & solidus. Hic formam & existentiam à proprietate separatum habet, & proprie t servitus, alias dicitur Merus; item Nudus Usufr. (3) Idem formalis ab objecto est verus seu proprius, rerum que uisu non consumuntur, sed quarum substantia salva manet; Improprius seu quasi, qui rerum est, que uis absumentur, quarum dominium in usufructuarium recte transire dicitur, & 7. de usufr. car. rer. que us. Vusufructarius vero uti debet usufructu boni viri arbitratu, l. 9. pr. b.t.

2. *De usufructu accrescendo.* Acquiritur verus Vusufructus duorum plurium vel Vusufructuariorum concutu; vel ex voluntate constituentis, Illud contingit iure accrescendi, quo duobus vel pluribus conjunctum usufructu legato; altero deficiente alter pars deficiens adjicetur & accrescit. Coniuncti vero vocantur, qui à lege vel homine ita connectuntur, ut pro uno habeantur; quod sit vel Re tantum vel verbis tantum, vel Re & verbis simul; cum utique subsit una oratio conjuncta; juxta regulas Logicorum in duas simplices resolvenda.

3. *Quando dies ususfructus legatiscedat.* Vusufructus legati dies cedit non à morte testatoris ut carera legata sed ab adita hereditate, si pure legatus sit, l. un. §. 2. b.

4. *Quibus modis usufructus vel usus amittitur.* Amittitur usufr. 1. Mortis usufructuarii, 2. Capitis diminutione max. & med. 3. Non utendo, 4. Cessione, 5. Consolidatione, 6. Rei interitus, Confer. §. 3. 1. de usufr.

5. *De usufructu carum rerum que usus consumuntur vel minuantur.* Improprius. I. Quasi usufr. est jus utendi fruendi ex SCto rebus alienis, que uisu consumuntur & minuantur, ut sunt pecunia, vinum, frumentum. Quod externa ratione ita inductum, ubi per cautionem de reddendo aquae bonum & multum q. usufructus constituitur.

6. *Si usufructus petatur vel ad alium pertinere negetur.* Ex usufructu constituto oritur duplex actio, Confessoria & Negatoria. Illa est actio realis, quā usufructum (jus tantum in re alterius nobis constitutum) legitimè persequimur ut liberè eo uti possimus coequ nomine & cautionem à Reo exigimus. Dicitur Confessoria, quod Auctor in ea confiteatur jus quod habet iam constitutum. Hæc est actio in Rem, quā dominus rei alteri usufructum constitutum negat, & libertatem rei sua persequitur, ac propter ea Reo cautionem exigit, g. c. 1. de act.

7. *De operis servorum.* Operarum legatum est consimile usufructui; quando scil. servi hominis operæ legantur, vel inter vivos constituantur, in effectu & usus (qui sunt opera hominis) & usufructus concepsis intelligitur.

8. *De uso & habitatione.* Vhus (minus quid quam usufructu) est jus utendi rebus alienis salvâ rerum substantia. Differt ab usu, quod hæc in facto constitutum, unde nec capitis diminutione neque non utendo ususfructus & usus, amittitur: Indeque illi cui habitatio legata, jus proprium constitutum dicitur.

9. *Uſuſructuarius quemadmodum caveret.* Hoc commune eſt uſuſructui & uſuſructuariuſis quod illi quibus coaſceditur, regulariter caveret debeat. i. ſe uſuſructuariuſis boni viri arbitratuſ. Cum uſuſructuſ ad eos pertinere defierit, reſtitutuſis quod inde extabit. l. ip. b. r. Quod propter hominum diſidentiam, ex principiis cautionalib⁹ ortum iuſtumque eſt.

LIBER IX. Tit. I.

Dे ſervitutib⁹. Realis Servitus ſep̄e abſolute per excellentiam notatur verbo Servitutis, b. & t. de reb. corp. & in corp. §. ult. de uſu & habitat. Et eſt ius in predio alieno alteri predio & conſtitutuſi ut unuſ padijus diminuat, alterius verò augeatur.

2. *De ſervitutib⁹ pradiorū urbanorū.* Urbana Servitus eſt, quaꝝ urbanuſ prædio debetur & utilitate m̄ padiſt, licet ruri exſtracto, pura & diuina & quaꝝ eo pertinent, debeatur.

3. *De ſervitutib⁹ pradiorū ruſticoſum.* Ruſtica, quaꝝ ruſtico prædio debeatur, li- et in urbe ſit poſitum. l. 193. de V.S.

4. *Communia pradiorū tam urbanorū quam ruſticoſum.* Communia Servitutib⁹ Urbanis & Ruſticis hoc tit. Weſenb. redigit ad 8. capita. Licei enim ſpecie diſerant, tamen communia haſent ratione nominiſ, generiſ, actioniſ, quoad modos amittendi, &c.

5. *Si ſervitus vindicetur vel, ad alium pertinere negetur.* Vindicatio haec eſt actio Confessoria in rem, competens domino padii dominanti qui ſervitutem suam eſe intendit, aut aliis qui ſimile ius in re haſent, puta in decimis, reditibus, jurisdictione &c. contra eum, qui impedit ſervitutem, ut liberè ea uti liſeat, & propriețate equatio praefterat. Negatoria contra datur domino padii adverſus eum, qui in eſi ſervitutem debet aſteri, ad libertatem padii vindicandam & ut eo nomine caueatur.

6. *Quibus modis ſervitutes amittuntur.* Amitiſt Servitus i. per non uſum, 2. per conuulfionem, l. 1. b. 3. per remiſſionem, 4. rei interitu.

LIBER IX. Tit. I.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Haec tenus de iudiciis verè Realibus. Secundum quid Realia dicuntur, que in aliquo cum verè realibus conuenient. Talia hic ſunt, que ſemper dantur domino & illi cuius intereſt, contra dominum vel poſſefforem (quo riſpečtu realibus ſinitima dicuntur) & licet non ex contradictio neque ex delicto, tamen ex facto ſ. quali delicto oriuntur, quā ratione personalia ſunt, & Noxalia vancantur. Sunt autem tria: Actio de pauperie, 2. Actio dejecti & effuſi, 3. Actio noxalis. Actio de pauperie datur domino vel cuius intereſt, contra dominum quadrupedis, que laſcivia aut fervore aut feritate contra naturam ſui generis commota, pauperiem i. e. damnum fine injuria facientis datum, l. 1. §. 3. b. feciſſe ut aut noxa factiatur [extimatio damni praefetur] aut animal noxa detur. l. 1. §. 7. 12. b. Quod ex iuſti extraordinarii principiis indiuiduum, ad medianum aliquam viam incendam.

2. *Ad legem Aquiliam.* Precedentis iudicio ob affinitatem additur actio L. Aquilia, quod damnum vel per belas, vel per homines injuria dari poſſit. Eſt actio ci- vilis ex delicto, ob culpati etiam levissimum, l. 1. 44. b. admifſo deſcendens, daturque domino directo, utiliter & aliis quorum intereſt, adverſus eum, qui damnum injuriā (jure non concedente, intulit, ad verſus conſentientem in ſimplum, adverſus inſcientem verò in duplum, unā cum petiſione ejus quod intereſt, damnum non eſt factum). Datur verò non contra dominum, ſed adverſus deliqwentem, unde huc proprietate non per- tinet, t. Inſtit. ad L. Aquil.

3. *De his qui effuderint vel dejecterint.* Actio dejecti & effuſi datur adverſus eum, ex cuius arduis, quatenus illas inhabitat, in eum locum quo uigil iterat, vel in quo conſtituitur, dejectum vel effuſum quid eſt, ei qui damnum paſſus in corpore vel uermiſtati ſuis, in duplum damni illati, l. 1. b. Inhabitante verò ſequitur, vel quia is dejectus, vel curauſ ſuorum, ne dejecterint, non habuit, quorum culpam praſtare tenetur, l. 1. b. Quae res non ſolū privatim neceſſaria eſt, ſed & publicē utilis, ut liſeat fine meru & pericuſ itineria commeare, l. 1. 8. 1. b.

4. *De noxalibus auſonibus.* Actio Noxalis in ſpecie datur ex delicto servi in do-

minum aut ignorantem, aut cum sciret, prohibere non volentem; ad servum noxa-
dendum, aut estimationem litis praestandam, extra ordinem, ut dictum t. l. ad ab-
surdum evitandum.

LIBER, X. TIT. I.

Finum regundorum. Actiones quædam & in hisce cum realibus convenient,
quod ex jure constituto oriuntur, sicut ratione personalium præstationum ex qua-
si contractu descendant; unde & Mixta dicuntur sc. ratione cause efficientis, quod
partim ex jure in Re parvum ex jure ad Rem descendant, ac proinde actor, ut in realia
actione, suam esse declarari, candemque sibi restituiri, ac simul vi ejusdem actionis, ut
in personali aliquid dari sive Petat, §. 20. l. de a. Finum regundorum actio est mix-
ta, quæ agitur inter eos qui confines agros habent, de lite quæ terminorum ratione
existit, in hoc ut corum limites distinguantur. Fines hic sunt termini & limites. Re-
gere est distinguere. Oritur autem hæc actio ex finium obscuritate, qui vel verutu-
vel avaritiam, vel temeritatem vel vi fluminis turbati sunt aut ultra limites prolati.

2. *Familie ericunda.* Familiae hereditatis actio mixta est, quæ agitur inter
coheredes de dividenda hereditate. Familiae ex variis significationibus quas ha-
bet, l. 19. & seq. de V. S. hic denotat Universitatem bonorum defuncti. Ericunda ver-
bum antiquum idem est quod dividere.

3. *Communi dividendo.* Actio communi dividendo est actio mixta, his quibus
res communis solita parere discordiam est competens ut res dividantur, & quod alter-
rum alteri præstare ex aquo oportet, præstet, l. 2. 3. & 4. b. Rem vero communem
accipere hic aliam ab ea cuius fit mentio in §. 1. de R. D. Hac quia in simplicitate natu-
rali permanet, non admittit divisionem, illa cum sit rebus privatis & dominio no-
stro subjectis, cam admittit.

4. *Ad exhibendum.* Denique actiones alias secundum quid realies propria-
dici possunt, quod accedant realibus & ancillentur, ad præparationem, informatio-
nem supplementum. Primi generis est, actio ad Exhibendum quæ personalis, dati-
ya, sicut oritur ex obligatione quam aquiratur ipsa suadente ius, immediate intro-
ducit, quæ agit quicunque cuius exulta causa intercessum exhiberi, adversus quem-
cunque, qui exhibendi copiam habet, vel dolo habere desit, ut rem mobilem pue-
blice exhibeat, quo sibi experaudi fiat potestas.

LIBER, XI. TIT. I.

De interrogatoribus in jure faciendis, & interrogatoris actionibus. Interrogationes
quoque in jure & interrogatoria actiones, tali ab auctore quam judice ante item
contestata, imprimis petitione hereditatis aliisque rerum vindicationibus, & alii
noxalibus actionibus aditum petefaciunt. Cum enim sapienter auctor pro-
bare se heredem vel dominum esse, hoc Edicto Prætor voluit eum qui conveniret,
ex sua in judicis responsione astringere, ut vel confitendo vel mentiendo se onera-
ret Vid. l. pr. h. In horum locum hodie post item contestata, ad elicendam
confessionem adverterii recepta sunt positiones.

2. *De quibus rebus ad eundem judicem eatur.* Perinet ad informationem ju-
diciorum meliorem (sæc. ad ea juyanda) ut de his rebus ad eundem judicem eatur,
quæ coherentiam seu continentiam cause habent. Quod utile est & extra ordinem
constitutum, ut lites eo temporis & minori sumptu finiantur, neque in diversis judi-
ciis invita litigare partes cogantur. Oritur vero in duplicibus judicis fam. ere. c. om.
div. fin. reg. coram uno eodemq; judice qui antea de causa instruët erat, expediens.

3. *De servo corrupto.* Ad supplementum L. Aquila, quæ damnum injuria da-
tum vindicatur, pertinet actio de servo Corrupto, quæ dominus servi in specie agit
contra eos, qui damnum animis servorum intulerunt. Nam damnum vel fit in Cor-
pore, & locum habet L. Aquila actio, vel animo, & hæc de servo corrupto obtinet.
Datur hodie utiliter ob uxorem, filiumfamilias, studiosum &c. corruptum.

4. *De fugitivis.* Corripuntur servi animus inter exercera, si fugitivus recipia-
tur vel ad fugam persuadetur. Hincque actio de servis fugitivis datur, ex SCto, do-
minus contra receptatores & ocultatores, ad multam centum solidorum.

5. *De aleatoribus.* Aleax quoq; suis non tantum servi, sed & liberi homines varie
corrumptuntur. Unde hic Prætor i. in odium flagitiosi hospitiis susceptatorem aleatorū
verberatum non tuerit, & damnum quodcumq; occasione ludi illarum non vindicat;

2. dat actionem de alectoribus contra eum, qui compulit ludere 3. ut pro ratione facti aut multetur aut in lapidinas vel vincula publica detrudatur vel mitratur. SCrum autem vetuit omnino in pecuniam ludere, unde dat actionem ad repetendum, qua conditio ex lege vocatur, l. 2. §. 4. i. 3. 4. b. t. qua datur illi, qui ludo non virtuoso vietus est, item Patri nomine filii domino ratione servi adversus viatorem, nec non adversus parentes & patronos ejus (utiliter) ad refutacionem ejus quod lulu perditum est. In quibus quidem multa extra ordinem, sed ob rei vilitatem constituta sunt.

6. Si mensor falsum modum dixerit. Ad supplementum finium Regundorum datur actio ex Edicto Praetoris, si falsum modum mensor dixerit, extraordinaria, personalis (ex dolo vel lata culpa mensoris) ei qui damnum propter falsam mensuram renunciationem passus est, adversus mensorem agrorum, qui falsum modum mensuram renunciavit, in id quod interest agentis, falsum modum non esse renunciatum. Modus hic significat certam mensuram & spatium agri. Extenditur vero haec actio adversus illos, qui in edificiis, frumenti vini & cujusque alterius rei mensura fefellerunt. It utiliter hodie datur contra Arbitratores fabros, clementarios, si falsam estimationem domus renunciarunt.

7. De religiosis & sumptibus funerari, & ut funus ducere licet. Ad supplementum vindicationis rei Religiosae & divinorum iuris dantur. (1) Actio Praetoria de Religiosis, in factum personalis, (ex facto ejus qui contra ius locum alienum religiosum facere molitur) ut aut ei qui intulit tollat, quod est illatum, aut loci premium praestet. (2) Actio Funeraria seu de sumptibus funerari Praetoria, qua competit illi, qui funeris ducendi causa sumpros (necessariis) fecit adversus eos, ad quos funus pertinet videlicet heredes vel bonorum possessores, ad iugum ejusmodi ante omnem creditum ex hereditate refundendos. Quod & ex se iugum est, & ex externa ratione, ne insepulta corpora jaceant, neve quis de alio funeretur. (3) Actio in factum Praetoria est, ut funus ducere licet, personalis, ei, qui prohibitus est inferte in eum locum, quo ei ius inferendi est, contra prohibentem, ad id quanti interfuit prohibitus non est, competens. Hac actio & contra eos datu utiliter, qui ob eas alienum inhibere sepulturam & arrestare cadavera solent. Magistratus enim officium est curare ne corpora aut ossa mortuorum derineantur aut prohibeantur, venturive, quo minus sepellantur, l. 38. b. sed ut licet funus ducere, id est corpus mortuum justa sepultura tradere.

8. De mortuo inferendo, & sepulcro edificando. Pertinet (4) hoc Interdictum prohibitorium de mortuo inferendo, quo Praetor vetat vim fieri ei, qui vult mortuum eo loci inferre & sepelire, quo ei jus est. Differt ab Actione ut funus ducere licet, quod hac ordinariè agatur, ad id quod inter est. Illud extraordinarie & tantum ad vim prohibendam comperit. (5) est interdictum de sepulcro edificando, quo Praetor vetat vim fieri illi, qui altero invito mortuum inferre in locum potest, quo minus in eo sepulchrum sine dolo male edificare licet. Datur etiam hoc interdictum contra prohibentem edificationem sepulture; at superius contra prohibentem illationem mortui in locum proprium.



PARS

PARS III.

			Litis decidenda causa per juram. litis decisorium r. 2. de jure iurando &c.
			Litis estimandæ causa. r. 3. de in l. j. u. rando.
			Nominatio contraœtu, ut mutuo; & certi dicitur, hujus loci.
			speci Inno- Iustam tit. 4. de condit. alis, mina- causæ dura.
			ex Turpem tit. 5. de condit. ob causæ. Ob turpem causæ.
			Quasi contraœtu r. 6. de condit. indebiti nullo & invalido contraœtu, r. 7. de condit. sine causa.
			deficto lib. XIII. r. 1. de condit. fortio:
			Condicō ex lege tit. 2. de condit. Ex lege
			Condicō triticiaria r. 3. de condit. triticiaria.
			Gē- de eo quod certo loco, que tam- nera- men est potius adjectitia act. ex lia, ut mutuo r. 4. de eo quod certo loco.
			Condicō prætoria de constituta pecunia r. 5. de const. pec.
			Commodum r. 6. commodat vel contr.
			Vignus tit. 7. de pign. est.
			Magister navis, unde exercitoria L. XI. V.
			Sui juris, ut r. 1. de exercit. act. tit. 2. ad L. Rhod. de art.
			ma- Infector, unde infectoria r. 3. de infct. act.
			res (un- Servi, unde Tributoria r. 4. de trib. act.
			de 7. actio cum eo qui in alieno poten-
			acti- filii state tit. 5. quod cum eo qui in al. po-
			ones) alieni ut fami testate.
			Excepicio SCri Macedoniani r. 6. unda ad SCram Macedonianum.
			de peculi Lib. XV. r. 1. de pecul.
			Vtri r. 2. quando act. de pecul. s. amul.
			que, de in tem. verso tit. 3. de in tem.
			hinc verso.
			qui iussu r. 4. quod iussu.
			Femina, unde Excepicio SCri Vellejani; L. XVI. r. 1. ad Senat. Vellej.
			Cui additur exceptio compensationis; tit. 2. de compen-
			sat. nec non propter affinitatem materia depositi r. 3. depositi.
			Mandatum Lib. XVII. tit. 1. mandati vel contr.
			In genere Lib. XIII. r. 1. de contr. empt.
			de pactis in diem additionis r. 2. de in diem addit.
			Legis commissariæ r. 3. de leg. comm.
			de rebus que vendi possunt; tit. 4. de hered. vel act. vend.
			1. neminem posse altero invito rescindere
			emptionem r. 5. de rescind. Empt.
			2. Periculum & commodum rei vendit., r. 6. de peric. & commod. rei vend.
			3. Pacta converta fervanda, r. 7. de serv. ex part.
			4. Actio L. XIX. tit. de act. empt. & vend.
			Accidentalia s. accessoria
			Locutio tit. 2. locat. condit.
			Sub
Victima voluntatis, ut successio			
Coniuncta. Tutez.			
Consensualis, ut			
Emtio, de qua			
in specie			
* Accidentalia s. accessoria			
Inter vivos ut sunt præcipue			
Contractus ejus			
Substantialia			
Realis			
Immediatus, qui proprio nomine geritur			
Mutuum s. 1. de reb. credi- tu cu- jus not.			
L. XII			
jurame- to			
quando-			
Proba- tio que fit			
Substantialia			
efie Nominationum; qui rel-			
Contra- tio- catus			
Substantialia			
Inter vivos ut sunt præcipue			
Victima voluntatis, ut successio			
Coniuncta. Tutez.			
Consensualis, ut			
Emtio, de qua			
in specie			
* Accidentalia s. accessoria			

aut	Subdubius, ut estimatorius, tit. 3. de affirmar. act.
inno-	Vere
mina-	Specialis de rerum permutatione, tit. 4. de rerum permute.
tiqui-	unde
vel	Ge- prae scriptis verbis &
actio	nera- lis in factum, tit. 5. de prescriptis verbis

EXPOSITIO.

LIBER XII. TIT. I.

Debitus creditus, si certum petatur, & de conditione. Actio seu judicium personale est ex iure ad rem l. obligatione, quâ cum eo agimus qui nobis dandum vel faciendum est obstrictus. Dicitur in personam & personalis, quia principaliiter per sonam (individuum enique adherentem obligationem) respicit, ubi & ap. quemque tandem res sit qua debetur, l. f. 5. f. de contr. empl. ad illum finem tamen ut res praestetur. Circa quod & obligatio versatur ita, ut persona cum re uniat moraliter, unde & vinculum dicuntur, & est in re tanquam objecto (objective) referiturque in Initio, adiutorum rerum: In persona autem est factum subjectivum. Prædicta ergo definitio actionum duo præcipue continet, causam efficientem, scilicet obligationem, & ejusdem finem, positum in dando vel faciendo, h. e. praestando, l. 3. de O. & A. Judicia enim hac ex commercio sive rebus credits ad eas communiendas beneficio obligationis originem trahunt, maximè necessaria ad vitam communis usum, hominumque indigentiam supplendam. Obligatio verò fit vel immediate circa illum factum homini externum, vel mediate actu hominis aliquo ex externo interveniente l. i. d. t. Actus illi vel sunt inter vivos vel ultimæ voluntatis. Actuum inter vivos hic referuntur tria præcipua genera, 1. contractus: 2. conjugia: 3. Tutela. Contractus vocabulum in iure sumitur tripliciter, 1. pro omni conventione, omni negotio seu facto ex quo oritur obligatio. Ita comprehendit etiam pacta, delicta, pacta legitima, l. 5. de res jud. l. 20. de jud. hocque modo Arist. dicit contractus alios esse voluntarios alios involuntarios. s. Eth. 5. 2. strictissime pro conventione ex qua mutua oritur obligatio, l. 19. de V. S. ubi excluduntur puro & simpliciter: 3. Contractus propriè definitur conventione, quæ ex se & sua natura producit obligationem ad agendum efficacem, propriè certum nomen vel causam quam habet. De contractu in hac propria significacione agitur hic 1. absolute & in se, quoad ea quæ ipsi sunt substantialia. 2. de eius accessoriis. Ad substantialia contractus pertinet, quod habeat nomen vel causam, l. 7. §. 2. de fact. Inde alius est nominatus aliud innominitus. Nominatus qui certam & solenne nomen habet ideoque etiam actionem nominatam seu solennem producit. Ratio est quod certam & specificam ille inventeret formam & modum contrahendi singularem, quo conventione ejusmodi ad certam dationis vel facti speciem determinata est. Innominitus est qui nullum proprium & solenne nomen habet, nec propterea proprium & sollemnum actionem producit: datio enim & factum hic non sunt determinata ad certam aliquem formam, ut in nominatis, sed hic reperiuntur sub communi & generali natura. Nominatus inter reliquos vel est realis vel consensualis. Reales potest docendi gratia generaliter iterum dividiri in immediatum, qui à nobismet ipsi geritur: & mediatum qui ab alii nostro nomine. Reales contractus sunt in quantum, commodatum, depositum, pignus. Antequam verò agitur hic de muto, præmitur tur generalia de rebus credits, si certum petatur, & de Conditione. Creditum autem 1. latissime sumitur pro quovis debito, sive illud oriatur ex contractu vel quasi, vel delicto vel quasi, l. 10. l. 12. de V. S. vel ex qualibet actione reali. 2. strictè pro muto tantum, ut in l. 2. §. mutus datio. b. 3. generaliter pro qualibet conventione quâ quis alterius fidem sequitur. Rei vocabulum etiam hic in genere significat res generis, speciei & jura. Unde hic Titulus generalis est, extendens se ad omnes subsequentes hujus partis. Creditur verò vel res incerta vel certa. Certum ereditur & petitur in muto, quia certa in eam quantitas venit. Actio inde descendens dicitur hic conditio. Ubi notandum, quod in genere quavis in personam actio ita vocetur: est quies certa denunciatio certi temporis ac loci; dato namque

Namque iudicio à Prætor litigatores condicabant diem, i.e. determinabant & denunciabant. Et Actor quidem eum dicebat reo, denunciando illi ut se sisteret, & littera per sequendam adesse: cundem dicebat reus contra denunciando se eo die ad futurum, l.8.pr. qui facit cog. Theophilus in §.15. In fine de Actione. Hodie vero nulla sit ejusmodi denunciatio, quia non amplius in Actoris potestate est reo diem dicere, sed is legi constituitur, Auctor. offeratur. C. de litis contest. Nihilominus conditionis nomen quandoque imponitur actionibus personalibus, ut in d. §.11. Fiebat vero illa mutua denuntiatio olim in omnibus actionibus in rem quam in personam, sed actiones in personam tantum vocabantur conditiones: quia ha non tam citio invenerunt specialia nomina, ut reales vindicationis nomen, hereditatis petitionis, confessori, negotiorum &c. Conditione vero vel est generalis quæ ex quo liber contractu oritur, vel specialis quæ ex aliquo certo contractu est. Nam quædam conditiones restringuntur ad non-mutuum contractum, adjectio nomen contractus ex quo oritur, ut conditione certi ex mutuo, ex stipulati: quadam semper & ita simpliciter dicuntur, conditiones, nec unquam adjunctione contractum quæ eas producant, indigitantur nominatae, ve sunt, quibus de agetur in rite. 4.5. & seqq. hujus libri. Datur ergo ex mutuo vel conditione certi ex mutuo, vel quod rectius, actio ex mutuo, d. C. qui non obicit long. temp. præf. (singularē enim formam contrahendi habet hic contractus, & propterea etiam nominata actione) mutuantur ad verius mutuatarium, ut rem ejusdem quantitatis & qualitatis restituatur.

De juramento, sive voluntario, sive necessario, sive judiciali. Nam qui credunt pecunias, ob pudorem sape contenti sunt fide quam habent amicos, quibus sine tribus crediderunt. Amici vero si fallant, necessario devenienter est ad juramentum, Nov. 473. cap. unde & in Codice conjuguntur hac duo de rebus ei. id est & jurejurando. Juramentum est attestatio cum invocatione Dei conjuncta, qua vocatur. & invocatur testis consensu affirmata rei, & index perjurii, si quid inter jurandum committatur. Estque vel Voluntarium quod pars parti defert extra iudicium, vel Necessarium quod a judice defertur in causis dubiis aut ob inopiam probationis: vel denique est judicialis quod pars parti defert in iudicio, judice id approbat. Oritur divisio hac à causa efficiente juramenti. Quæ vel est Pactio contrahentium, vel extrajudicium, unde voluntarium, vel in iudicio quando pars parti defert, quod necessarij praestandum, aut referendum, unde Judiciale (quod fiat in iudicio sic dictum) Vel auctoritas judicis, qui imponit præstationem juramenti, vel ob inopiam probationis, quod dicitur Necessarium, vel a limanda in litem rei causa, quo vel veritatis vel affectionis, arque huc non tam pertinet quam reliqua tria, quibus vel à partibus litigantibus vel judice probatur mutuū datio.

De in litem jurando. Est vero juramentum in litem, quo actori rei in iudicium deducatur, ad ejus quod interest, si eam reus ob contumaciam vel dolum non exhibeat & refutatur, & stimulonem in infinitum facere permittitur, l.1.b.

4. De conditione causa data causa causā, non securā. Conditione in genere vel (1) est Nominata, proficiens ex contractu nominato, qui propter formā specialem actionem nominatam producit, vel (2) innominata, quæ non propter nomen sed propter Synallagma (datiōē aut factū) producit actionē, ut est actio præscriptis verbis: vel (3) Conditione in specie sic dicta, quæ datur vel ob Synallagma, quod tamen in verum contractum non incidit, vel ob aequitatem. Conditionum in specie dictarum hic 7: recensentur. Et ex his conditione causa datā, causa non securā (alias conditione ob causam, datī, vel sub causa datī, item ob rem datī) est actio in personam, per quam is qui ob certam causam aliquid dedit, id repetit, si causa ob quam datum est, secura non sit. Requisita eius duo sunt. 1. Verus contractus, seu esse aliquid datum vel factū ob causam, sive sub conditione ut quid fiat vel decurrit. 2. Causam ob quam id datum vel factū est nondum esse securam; unde oritur ex juris fictione obligatio ex quasi contractu, ad refutationem ejus quod datum est, principiis moralibus consentanea. Ob causam autem dari dicitur, quod datur ob finem, causam finalē aliquam que præcedentem illam sequatur, puta si dem tibi C. ut eas Roman. Item si quid datum sit, ut vicissim quid fiat, quo casu eti factum ipsum condiū nequeat, condicetur tamen eius estimatio. Causa vero non sequi dicitur, si quis sine isto non potuerit, putatis cui datum erat, Roman non revertit, quapropter omisā præscriptis verbis actione, dans potest repeteret quod dedit: (1) ob cessationem, quæ est à

C. parte

parte accipientis: (2) ob poenitentiam licitam, quae ex parte dantis. Et haec conditio est ob causam honestam.

3. De conditione ob turpem vel in honestam causam. Est haec conditio ob causam in honestam, & sit vel ob causam turpem vel injustam. In illa causa pro fine accipitur, puta si aliquid demur aliquid fiat, quod bonis moribus [juri natura & positivo l. 4. de V. S.] est contrarium. In hac sumitur pro principio, si numerum causarum ipsa, ex qua aliquid sit, sit injusta, puta si quid datum sit ex stipulatione metu vel vi extorta. Conditio ob turpem causam est conditio ejus, quod propterea datum est ut sit fiat, quod bonus moribus contrarium, que datur est, res secura non sit. Ejus requisita sunt. 1. datum vel factum esse aliquid: 2. ob causam turpem: 3. folius accipientis turpitudinem subesse. Nam si dantis tantum vel utriusque simul subit, cessat repetitio. Conditio ob injustam causam est conditio ejus, quod injuste darum est, ex ejusmodi causa, que justa sit improbata.

6. De conditione indebiti. Hac illa cui per errorem facti solutum est indebitum, ad restituendum id convenit ex quasi contractu. Tria ejus sunt requisita. 1. ut quid verè solutum sit, 2. per errorem facti (exceptis certis personis minoribus foeminiis, l. g. pr. & I. de iur. & fact. ignor.) consensu contrarium. 3. Idem sit indebitum.

7. De conditione sine causa. Quād id quod sine causa darum est vel alijs apud aliquem sine causa esse incipit, repetitur. Generalis vero est. Nam quod tibi datum est indebitum, vel habes à me ob turpem vel injustam causam non securā, vel ex furto, recte sine causa apud te esse dicitur. Itaque haec actio in subsidium competit, cum probabilitate dubitatur, quānam dari possit. Quandoque tamen sola competit, ut ob instrumentum dissoluta quantitatib[us], l. 2. C. de cond. ex leg. ob fructus à m. f. p. consumptos, l. 2. C. cod. ob cautionem de non numerata pecunia, q. 4. Cod. cod. ob numeros à servo surreptos, & à domino ignorantie consumptos, l. 30. de ast. Empf. & vend. ob possessionem ex qua quis vi dejectus est, l. 2. 1. de fure.

Liber XIII. Tit. I.

D. De conditione furtiva. Est illa actio personalis (qua locum habet, quando nil datum est, sed vel furto vel vi res intervera) qua dominus intendit à fure aut eis hereditatem furto sublatam sibi dari oportere. Quavis enim rem meam non possum condicere (h. e. petere dari s. dominum transferri) tamen hic illud in odium furorum extra ordinem conceditur. §. 14. I. de ast. Venit in hanc actionem restitutio rei furtiva si extet, si non, aestimatio. In qua spectandum est, id tempus in quo res unquam plurima fuerit, semper enim moram facere fur videtur, l. 7. §. 1. b.

2. De conditione ex lege. Quae actio est in personam, ex obligatione lege quādam introducta, qua lex tamen quo actionis genere agendum sit, non expressit. l. 1. de condit. ex leg. Orta est ob rei dubitatem, ubi id quod mitius est eligendum. Tria vero ejus sunt requisita, 1. nova obligatio, per legem introducta, sc. ratione efficacia & confirmationis. Unde si quod obligatio surget, ad agendum efficax, lege civili confirmetur, huic conditioni locus non est. 2. Ut constitutio sit juris Civilis. Nam ex jure prætorio non conditio haec, sed actio in factum oritur. 3. lex sit nova, sc. quæ noviter in Rep. fertur, quatenus opponitur II. 12. tab. ex quibus jam olim actiones & formulae compositæ erant. Hujusque Conditionis ex lege tot postulunt constitui species, quæ sunt obligations, lege civili introductæ, nec cautum quā actione experimentum sit.

3. De conditione Triticiaria. Eā persequimur debitum, quod & alia speciali conditione, petere possumus, certum vel incertum, modò non pecunia numerata debetur. l. 1. b. Perinde vero est si illa pondere constitutive mensura, mobilis sit, immobilis, corporalis. d. l. 1. b. modò non sit pecunia, quæ nequit aestimari (quia aestimatis res alias) & ob quam datur actio ex mutuo.

4. De eo quod certo loco. Novæ adjectitæ qualitates actionis Mutui sunt, & in ejus supplementum dantur. 1. Conditio Arbitraria de eo quod certo loco, quā id quod certo loco dari debuit petitur, facta commemoratione ejus loci, quo dari debuit, ut aestimet Judge, quant inter sit eo loco dari, quo dari debuit, ne alioquin creditor defraudetur. Arbitrariæ vero actiones dicuntur, quæ ex arbitrio Judicis pendunt, ut ex bono & aequo secundum rei, de qua agitur, naturam aestimandum sit, quemadmodum dum actori satisficeri oporteat. Arbitrium autem nihil aliud est, quam judicium ex quo & bono consentaneum, quale à viro bono expectari proferrique oportet, l. 22. §. 1. d. Reg. Jur.

5. De

5. *De constituta pecunia. Actione hac (aliis constitutoria) convenitur qui nudo pacto circa stipulationem, promittit se solutum vel factum, quod vel ipse justa ex causa vel alius solvere vel facere debet. Constituere hic est denuo pacifici, unde semper presupponitur alia obligatio, & appetet gravius esse geminatam fidem [ac quidem de solvendo jam promissum] fallere. Oritur hæc actio ex pacto legitimo. Pacta vero legitima dicuntur, quæ lege vel Edicto Prætoris ad hoc confirmantur, ut actionem producant; & enim sunt Civilia vel Prætoria. Civilia 1. Pactum donationis unde Conditio ex lege, l.3r. C. de donat. 2. Promissio donis, l.6.C. de don. prom. unde olim Conditio ex lege dabatur, hodiè actio ex stipulari. Prætoria. 1. Constitutum, unde actio de constituta pecunia. 2. pactum hypothecæ, unde actio hypothecaria.*

6. *Commodati vel contra. Contractus realis est Commodatum, ex qua nascitur actio hæc, directa & contraria. Ista commodanti datur adversus commodatarium, ad rem finito usu determinato restituendam, & ad praestandum dolum cum omni culpa. Hæc Commodatario adversus commodantem, ad reperendum quod sibi ex commodato abest. Directa & contraria dicuntur, quia sunt ex contractu b. f. ex post facto ultero circuito obligatorio. Oppositum est actio ab utraque parte directa, quæ provenit ex contractu statim ab initio utrinque obligatorio. Directa semper datur illi, qui primus dat initium & causam contractui.*

7. *De Pignorativa actione, vel contra. Vox pignoris sumitur. 1. pro re quæ pignori dari solet, r. t. de disf. pign. 2. pro jure in re pignorata constituto, sit, qui potior in pign. 3. pro contraactu si conventione per quam traditur res pignorata in securitatem Crediti, & sic sumitur h. t. Et descendit inde duplex actio, Directa & Contraria. Illi datur debitori soluta pecunia, adversus Creditorem, ad restituendum pignus una cum fructibus, quos aut restituere cogitari, aut in fortem imputare, l.1. C. de pign. act. & ad praestandum levem culpan. Hæc datur creditori adversus Debitorum, si forte is fraudem recuperaverit pignus, aut in pignoris conventione creditorem deceperit, quidve impensum sit. l.3. l.9. b. Ortum habet pignus ob diffidentiam hominum; ex principi cautionibus.*

LIBER XIV. Tit. I.

D^e exercitoria actione. Actiones Personales procedunt vel ex nostris contractibus vel aliorum, que dantur non in ipsis contrahentes, sed alios, & sunt nova adjectio qualitatis actionis ex exemplo, locato vel conducto. l.1. §.3. & 7. b. item ex mutuo. Contrahimus vero cum aliis qui sunt vel Mares & Feminae. Mares vel sui vel alieni sunt juris. Sui juris 1. Magister Navis, qui est, cui totius navis gubernatio demandata est, vel ab ipso Exercitore vel à primo navis magistro, l.1. §.1. b. Exercitor vero ad quem obventiones & reditus omnes pervenient, sive dominus navis sit, sive eam conduxerit. Hinc est actio Exercitoria, qua datur in exercitorem navis ex contractu à Magistro navis, ejus ei nomine cui est præpositus, gesto, l.1. §.7. b.

2. *De Lege Rhodia de jaſtu. Quod si levanda navis causa jaſtus mercium factus est, lege Rhodia caverit (à civitate & insula Rhodo ita dicta, quod in ea antiquitus mercatorum usus fuit maximus, & Rhodiorum disciplina navalis & gloria excelluerit, c. fin. disf. 2.) ut omnium contributione, quorum interficiuntur facturam fieri, sarcinatur quod pro omnibus datum est, l.1. b. Ratio etiam l.2. pr. v. aequissimum. b. t. ipsi iustitia conveniens.*

3. *De institutoria actione. Institutor negotio terrestri gerendo instat s. præfectus est. Hujus nomine datur actio Institutoria, ex contractu Institutoris adversus dominum, qui cum negotiationi terrestri præfecit: nec interest taberna sit propositus, vel cuiilibet alii negotiationi.*

4. *De Tributoria actione. Alieni juris sunt servus a filius. Illius nomine datur Tributoria actio in dominum, quo scientie servus in mercede peculiaris est negotiatorum ad distributionem peculii inter dominum & reliquos creditoris (sine privilegio domini) pro rata facienda & inæqualiter factam corrigendam vel exequadam, l.1. b. s.*

5. *Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur. Filii familiæ nomine datur actio creditori adversus eum, qui cum filius fami. est negotium gest. & post contractum, cum esset emancipatus, exheredatus, convenitur, ad id quod filius fami. qui contraxit, facere potest.*

6. *De Senatus consulo Macedontano. Quod si filius fami. in potestate adhuc contractus contraxit, ita ut utilitas in ipsum tantum redundarit, tum etiam quando sui*

juris factus est, exinde plenus obligatur d. 5. & d. 139. & 43. d. O. & A. Dumque manet in potestate, in solidum adstrangitur. Pater non item, sed quatenus in peculio est, l. 44. de Pecc. Excepis certis casibus, quibus conveniens ipse vel pater eius possunt opponere exceptionem SCti Macedoniani, sc. si filius familias mutuo accepit pecuniam & male colloavit, ac cum eo contrahens esse filium fam. non ignoravit, pen. h.r. Quod non tam interna ratione (qui enim contraxit, sec. rectam justitiam inde obligatur) quam externa fundatum est, in odium foederatorum.

LIBER XV. Tit. I.

De peculio. Utriusque & filiis fam. & servi nomine potest competere. 1. actio de peculio, qua illi, qui cum filios fam. vel servo alieno contrarierunt, etiam ignorantie & invito eo cuius in potestate sunt, agunt adversus partem vel dominum, ut id quod ex eo contractu debetur, solvat peculionem, deducat prius eo, quod sibi debetur. Dantur vero haec & seqq. actiones, non ut priores in solidum, sed ut si deficiant priores, tamen is qui contraxit, in quantum ex bono & a quo res patitur, siuum consequatur. l. 1. quod cum eo qui in al. por. Hodie vero non locus est actionis de peculia, quia filii contrahentes per se obligantur, non pater; nam ratione negotiationum, quas patris consensu exercent, emancipi intelligentur, idque converutim receptum est.

2. Quando de peculio actio annalis est. Perpetua vero est haec actio quamdiu servus vel filius fam. est in potestate, extinctora vero peculio per mortem, emancipationem filiis fam. vel manumissionem aut alienationem servi, annalis fit, l. 1. §. b. Quod iterum externa ratione pro iusto est, causa litium finiendarum, contra strictam juris rationem, que extinctio peculio actionem quoque excludit.

3. De in rem verso. Si in potestate existentes nihil habent in peculio, vel habent, sed non in solidum, tenentur illi qui eos in potestate habent, si in rem eorum versum proberunt, quod acceptum est; quia tum cum illis potius contractum videtur, ut prope ad quos utilitas contractus pervenit, quos non oportet cum alterius damno, contra principia Ethica fieri locupletiores. Hinc datur actio de in rem verso ex contractu filiis fam. vel servi in patrem vel dominum, quod id quod acceptum est, in ipsorum rem & commodum sit conversum, l. 1. pr. b.

4. Quodiusque. Quod si mandato patris vel domini contractum est, oritur actio quodiusque, que datur adversus dominum vel patrem, qui servum aut filium suum cum alio contrahere jussit. Quodammodo enim cum eo contrahitur qui juber, ob consensum ejus, contractum antecedente vel concomitatem,

LIBER XVI. Tit. I.

Ad Senatus consultum Vellonianum. Feminae, si suo nomine contrahant, efficaciter obligantur, pro aliis vero intercedens obligationi eximuntur, actione in pristinum debitorem refutata. Justum id est civiliter ac nat. ratione ob sexus hujus imbecillitatem, multis hujusmodi casibus obnoxiam l. 2. §. 2. b. & quod intercedere pro aliis sit officium virile & damnosum mulieribus; quin periculum rei familiari. Intercedere autem est recipere in se obligationem alienam sine veterem l. novam l. 1. §. 1. b. Hinc mulieri datur Exceptio & condicio indebiti. Illa, si nondum solvit, sed promisit intercedendo. Haec vero si solvit, quā illud quod dedit tanquam indebitum condicis, quia Senatus omnem mulieris obligationem improbat, l. 40. de cond. ind. quia differt à SCto Macedonio. Si enim Filius fam. quid solvit non repetit. Ratio est, quod filius fam. naturaliter adhuc debeat, quod Condicionem impedit, licet actionem ex Mutuo exceptione SCti elidere possit. At scil. Vell. & nat. & civilem obligacioni mulieris non afficit.

2. De compensationibus. Priori Exceptioni adiicitur hic exceptio Compensationis, quæ in expositis contractibus Realibus maximum usum habet. Est vero Compensatione crediti & debiti inter se contributio, l. 1. b. Ratio ejus vel est naturalis, sc. quod interficit nostra potius non solvere, quam solutum repetere, vel Civilis ne scil. fiat per plura, secundum restrictam justitiam, quod per pauca fieri potest, l. 3. b. e. Duo habet principia requirita, 1. res fint generis & quantitatis, 2. causa liquida, confessione adversarii, qualitate seu constitutione causa, vel ratione celeris probationis. Obtinet vero hodie non tantum in Personalibus, sed & in Realibus actionibus. Unde debitum in definitione late accipitur, non tantum pro eo, quod nobis detur vi obligatoris, sed & ex dominio, possessione vel alia specie juris in rc, l. 178. de V. S. aliquid peritur, §. 30. de act.

3. De

3. Depositum contra. Contractus alius Realis est Depositum, quo res ceduntur custodia causa. Hinc actio depositi directa & contraria. Illa datur deponenti adversus depositarium, ad rem restituendam, & praestandum doium & latam culpam. Hac datur depositario adversus deponentem nomine impensarum, quas fecit in re deposita asservanda, ne officium gratis suscepimus (in quo & amicitia & bon. fid. exuberant) ei damnosum sit.

Liber XVII. Tit. I.

Mandati vel contra. Mandati (ex naturali officio atq; amicitia gratuitâ orti) actio directa datur mandanti adversus mandatarium ad implendum mandatum, & ad praestandum dolum cum omni culpa. l. 21. l. 9. l. 11. l. 13. C. b. Contraria Mandatario, etiam si finis mandati excesserit, non in solidum, sed in summam mandato exprelam: pro eo autem quod excedit, nullam habet actionem, ne quidem negotiorum gestorum, arg. l. 4. C. 5. b.

2. Profecto. Ex societate communis lucri causa contracta utrinque directa datur actio, quia statim illa ab initio, non ex post facto producit utrinque obligationem. Datur vero socio adversus socium ad lucrum communicandum, & refarcendum damnum dolo aut levi culpa datum, l. 30. §. f. b.

Liber XIX. Tit. I.

D e contrahenda emtione, & de pâctis inter emptorem & venditorem compositis: & quae res venire non possunt. De emptione venditione (principiis contractuum mercenariorum) hic agitur in genere & specie. Ingenere i. quomodo contrahatur, sc. solo consensu de merec & precio. 2. quia a variari sole Paetus, que ei alia insunt ex natura contractus, alia ex conventione, l. 6. pr. b. 3. quod non cadent in illam res, quas vel natura vel ius gent. vel mores civitatis, vel testatoris voluntas, vel pactio contrahentium nominatum commercio eximit, l. 34. §. 1. b. In specie i. de pâctis ejus agitur in seqq. 2. titulis.

2. De in diem additione. Haec est traditio (collocatio) rei penes emptorem hac legi, ut si quis intra certum diem meliorem conditionem attulerit, licet venditor rem aliâ ex posteriori venditione addicere, l. 7. b. Pura vero & Perfecta est hac venditio, ideoque cessante conditione non revolvitur, & Emptor interea, ut dominus, omnia lucrat. Allata vero meliori conditione recinditur prior emptio, & fructus restituendi sunt vendori, l. 6. b. Vendor autem non potest allata meliori conditione posteriori addicere, ubi prior plus adjicere paratus est. Unde vendor significare patet hoc debet emptori prior, ut ille, si velit, plus adjicere, & ita licitando vincere possit, l. 35. §. fin. cum ll. seqq. b.

3. De lege commissoria. Lex commissoria est qua intra certum tempus non soluto prelio res invenientia esse debet: sic dicta, quod emtore premium non solvente committat lex venditionem vendoris arbitrio, utrum eam ratam an irritam habere vellet. Et ergo si velit, adhuc pretium potest petere. Comissa vero emptione, ad rem restituendam agit utili actione venditi propter pactum adiectum; quod si pretium vel arrha nomine quid dedit emtor, id perdit ob moram, quia contrafructus perceptos interea lucrat. Atq; sic emt. vend. h. & præc. t. non sit recta viâ sed per anfractus.

4. De hereditate & actione vendita. Ex rebus que vendi possunt, sunt Haereditas & Actio. Haereditas tempore debet esse mortui, nulla enim est viventis, l. 1. b. Actio vendorum cum ius obligationis seu persequendi venditur, & quod accipitum, pretio loco capitur, non solutionis nomine, l. 5. §. 2. Quib. mod. pign. & hyp. solv. & hoc potest fieri & invito debitorum, l. nominis, l. fin. C. b. Vendor haereditatis non praestat evictionem rerum singularium, quia non vendit ut dominus, sed ut heres: & emptor est vice haeredis. At non respecta Creditorum & Legatariorum, quia ipsorum ius heres contrahendo tollere aut mutare non potest. l. 25. & seq. C. de pâctu. Unde recte ab illis convenit etiam post factam venditionem, emtor vero nequaquam, quia nullum cum creditoribus negotiorum gesit, l. 2. b.

5. De rescindenda venditione & quando licet ab emptione discedere. Effectus contractus Emptionis, venditionis est, quod nequaquam rescindi, contra iustitiam, nisi altero contrahentium id pertente a magistratu sicuti de causis, ut ita sententia judicis dissolvatur. Recedit autem ab ea nequit, contra princ. hum. act., nisi utraque pars contrahentium eam irritam faciat. Recisum vero ita venditione emtor non restituit fructus perceptos, ut nec alias, quia bon. fid. eos percepti, jure sc. dominii vel quafi.

6. De periculo & commodore vendita. Periculum & commodum rei venditæ perfecta venditione spectat ad emptorem, l. 7. b. Nam licet traditione demum, perfecte

facte quis fiat dominus, tamen emptor hic haber actionem personalem ad rem persequandam, quia rem ipsam habere videatur. *l. 52. de A. R. D.* sicutque juris intellectu habetur ferre pro domino & dominium translatum censetur. Venditor etiam nunquam est in mora, sed emptor, qui rem accipere potest, quando vult moram ergo & culpam sibi imputare debet. Ex natura vero hujus contractus venditor sustinet custodiam, & culpam leuem praestare tenetur usque ad reali traditionem.

7. De servis exportandis, vel si ita mancipium venierit, ut manumittatur, vel contra. Sunt haec expeditis adjectis. Quia vero frequenter fiebat servorum venditio, peculiatis quoque de illa tractatur, quia servi solebant cum his conditionibus vendi, ne quo loco morentur, ubi venditori nocere possent, ut in aliasterras mittantur seu exportentur, ut manumittantur post tempus, aut contra &c.

Liber XIX. Tit. I.

De actionibus empti & venditi. Denique actio ex dicto contractu descendens, utrinque directe est, quia utrinque statim ab initio producitur obligatio. Actio empti datur emptori adversus venditorem ad rem tradendam, aut si res incorporalis sit vendita ad hoc, ut caveat venditor per se non futurum, quia minus emptor re ista utatur, *l. 5. pr. & §. 2. b.* Actio venditi competit venditori adversus emporem ad consequendum precium & alia, quae ipsi ab emptore praestari oportet. *l. 3. §. 19. b.*

2. Locati conducti. Ex contractibus consensualibus est quoque Locatio - Conductio. Hinc duplex datur Actio, Directa & contraria, quia non statim ab initio utrunque obligatur in hoc contractu, sed tantum ex post facto & Accidenti. Illa locari, datur locatori contra conductorem ad perfectiōnē mercedis, & rem locatam finita locatione restituendam, ad praestandum dolum, latam & levem culpam. *l. 52. §. pen. C. b.* Haec conductori adversus locatorum, ad hoc ut licet re conducta uti, circa datum.

3. De estimatoria. Sequuntur contractus Innominati & actiones inde descendentes innominae. Cum enim Innominati contractus non transcant in certum & proprium aliquod nomen commercii, per quod posint, producere nominatam actionem, sed tantum negotium civile, (causam, *avida*, *ayus*, dationem) vel factum contrinent, (hoc est, solum in genere commutationem quandam & commercii hinc inde in se habent) producent enim innominatum effectum. Haec vero vocatur actio in factum item praescritis verbis. Nam olim cogebantur litigantes dicere nomen actionis, vel simpliciter factum prout gestum erat, narrare. Et Praetor, si factum habebat nomen, dabant formulam & nominatam actionem: si nomen non habebat, tum etiam certa & nominata actio dari non poterat, sed dabatur actio secundum id uti factum erat narratum, vel ut erat praescritum. Ita in genere actio in factum vel praescritis verbis hic est, quae certis formulis non est concepta. Alia tamen in factum actio Praetoria est, quae prater legem ex Praetoris extensione datur *r. e. de alien. iud. mut. causa*. Alia ad huc in factum ex sententia arbitri, cui opponitur rei judicari actio, ut est exemplum in *§. ult. ad l. Aq. & l. 10. §. 2. b. e.* quia significacione & actiones reales in factum dieuntur. Alio item sensu Actio in factum dicitur, quia ob aliquam causam non potest dari adversus quasdam personas, qualis opponitur actioni ordinaria, ut cum actio de dolo contra parentes dari nequeat, dicitur actio in factum ob honorem & reverentiam parentibus debitam. Sed haec non sunt hujus loci. Ceterum oritur haec in factum s. praescritis verbis actio ex duplice fonte, t. ob probable dubium, quando sc. de contractu, utrum sit nominatus vel innominatus, dubitatur *l. 2. b. e. de estim. aff. 2. ob*. Defectum certae formae contrahendi, ubi tantum civile aliquod negotium gestum est. Ob dubium, quod existit in contractu estimatorio, quo seil, quis dat rem suam estimatam alteri vendendam, oritur Actio estimatoria praescritis verbis, per quam qui rem aliquam vendendam receperit vel incorruptam cani reddere, vel estimationem ejus praestare cogitur. Dubitatur vero de contractu hoc an sit Emto - Venditio, an locatio, an mandatum, *l. 1. b.* Proinde hac actio nascitur ex quasi nominato contractu. Eadem est ratio in alio contrafatu, de quo dubitari potest, ad quem referendus sit, *d. l. i.* Quoties enim hoc sit, toties ad actionem praescritis verbis recurrendum est, ne quis ineptam actionem proponendo (qua olim nominari debebat) causa cadat, & dubitationis tollenda ergo, ut & in aliis rebus hamanis sepe accidit, secundum principia justi extraordinaria.

4. De

4. De rerum permutatione. Ob negotium Civile s. οὐδὲ λαγύα oritur actio praescriptis verbis in genere. Illud vel est dandi vel faciendi. Negotium dandi vel est Do ut des, vel Do ut facias. Negotium Faciendi Facio ut des, vel facio ut facias. Do ut des aliter vocatur Permutatio, in quam non tantum veniunt res speciei sed etiam generis, l.s. §. i. de Pres. verbis. l. t. de contr. emt. §. 2. l. eod. Hinc nascitur actio praescriptus verbis ex permutatione, quae datur ei, qui rei suam permundandi causâ aliqui dedit, rem aliam permutatione ista ab altero accipiat, aut praefertur interesse. Requisita eius sunt, contractum ex parte altera impletum esse, ex altera vero illud quod convenit impletum non esse.

5. De praescriptis verbis & in factum actionibus. Ex ceteris contractibus in nominatis tribus Actiones quae dantur, communi nomine appellantur Actiones praescriptis verbis. Dantur vero ad id, ut vel contractus ipse impleatur, vel id quod interest satisfactionum non esse contractu praefertur. Competunt enim principaliiter non ad contractus initi rescisionem, sed ad complementum h. e. ad præstationem promissi, vel dationem interese, l.s. §. 1. 2. b. Conditione vero data causa non curia res repeti potest, verum quae non oritur ex contractu, sed q. contractu. Negotium enim quod datione incipit, vel facto civili, producit actionem praescriptis verbis, quae tacite contractum conferunt, quod res debet restituiri promissum sequatur, seu quod quasi contractus hic subficit & detur condicione ob causam. Condicio, haec autem competit regulariter tantum in obligationibus dandi (do ut des, do ut facias) quia in illis tantum ex aequo & bono licita est poenitentia. In obligationibus itaque faciendi securus est. Quia (1) facta condicione non possunt: (2) factum pro infecto haberi non potest, l. 12. §. 1. de captiv. & postlim. rever. Nisi vi illius facti sit aliquid in adversarium collatum, ut l. ob causam. h. 1. 2. de calumnia. Tunc enim videtur quid datum. l. 12. de novat. l. 13. C. de donat. Et ideo datur ejus nomine condicione, l. 4. de condic. casf. dat. Datur autem haec condicione juxta priorem regulam in obligationibus dandi, nisi si qui accepit, aliquos jam sumptus fecerit. Ceterum accurritus prædicta ita distinxeris. Actiones nominatae ex ordinariis certisque oriuntur iusti principiis, id coque ipse ordinariae sunt & certae. Actiones anonymae praescriptis verbis extraordinarie conceduntur, suntque incertae: l. 11. 2. 3. b. r. ut & conditions in specie sic dictæ, de quib. actum rit. de condic. caus. dat, nec non in factum Prætoria, quibus de dictum r. de estim. att. l. 14. b. Dependent eadem quoque ex principiis a formis legum peti solitis, que circa earum substantiam versantur. Interdum enim lex quod vult recta via declarat vel præcipit nonnumquam per indirectum, anfractibus utens & circuitione, procedit; ut cum in iudicio id quod ipso jure per directam actionem fieri nequit, beneficio actionis extraordinariae, utilis, in factum, subsidiaria, efficitur, l. 1. §. 3. 1. 10. §. 4. de dol. l. 16. pr. de minor. l. 11. l. 10. l. 11. b. r. §. f. iust. de L. Aquil. l. 47. neg. g. f. interdum aliis modis statuitur, ut opere magistratus, cum per in integrum restitutionem, bonorum possessionem, officium judicis succurratur: vel factio legi, sive nominis veluti cum factum lenitate verbi mitigatur, ut in actione rerum amorum, sive rei, ut in publicana in rem actione, vel alii modis.



PARS

PARS IV.

Aetus inter vivos fuit	<i>Substantia de quibus parte precedente actum bulli anno in quo auctoritateq[ue] generalibus Lib. XX. tit. 1. de pignoribus.</i>
Contra traditio	<i>Securitas modis constitueri ut in quibus causis pignus vel hypotheca rebus quae oppignerata possunt ut in que res pignorum vel hypothecarum.</i>
cujus Acci-	<i>dentem, ut dentas pignus</i>
alia lia ad de cuius	<i>Efficiuntur que in quibus modis pignora vel hypothecaria sunt.</i>
Constitutio	<i>Modis diffidendi sive 6. quibus modis pignus vel hypothecaria sunt.</i>
Conveniens	<i>Edificatione Lib. XXI. tit. 1. de edificiis.</i>
Convenientia	<i>Evidentia sive 2. de Evidentiis & 3. de Exceptione res venditae.</i>
Convenientia	<i>Vfura terrestres Lib. XXII. tit. 1. de Vfura & fructibus & matribus sive tit. 2. de natura & favore.</i>
Convenientia	<i>Probationem Instrumenta sive 4. de fide Instrumentorum.</i>
Convenientia	<i>5. de probatis onibus.</i>
Convenientia	<i>Testes tit. 5. de testibus tit. 6. de Ignorantia Juris & facti</i>
Convenientia	<i>alia praecedens Sponsalia Lib. XXIII. tit. 1. de sponsalibus.</i>
Convenientia	<i>Intervenienti ut solennitatis sicut nuptiarum tit. 2. de ritu nuptiarum.</i>
Convenientia	<i>Dos & pacta dotalia tit. 3. de iure dominio & 4. de pacto dotalib.</i>
Convenientia	<i>acecedunt Fundus dotalis tit. 5. de fundo dotali.</i>
Convenientia	<i>Domatio inter virum & uxorem Lib. XXIV. tit. 1. de donationibus inter virum & uxorem.</i>
Convenientia	<i>Dispositio tit. 2. de divorcio & repudio</i>
Convenientia	<i>Repetitio dotis tit. 3. solutio matrimonios quinam admodum patet</i>
Convenientia	<i>Impensis a marito in ces dotalibus factis Lib. XXV. tit. 1. de Impensis.</i>
Convenientia	<i>Retasio in res dat. factis</i>
Convenientia	<i>dotis sive Res amota tit. 2. de actione rerum amorarum.</i>
Convenientia	<i>exceptio</i>
Convenientia	<i>ex Jure nauci sive 1. an mulier sit gravida quod probatur in p[ro]p[ri]etate</i>
Convenientia	<i>reperi- sive turi sione obstericorum tit. 4. de ventre infuscato.</i>
Convenientia	<i>ni pos- num de 2. an in bonorum Si mulier in possessionem</i>
Convenientia	<i>sunt op- ptius qui possessionem miti missa eam do in alium</i>
Convenientia	<i>poni, tendas quod affir- transfluit tit. 5. de ventre no-</i>
Convenientia	<i>quarum, ditio matur d[omi]n[us] in qua-</i>
Convenientia	<i>cause, ea ad partum us-</i>
Convenientia	<i>Liberi commu- run qui manere de-</i>
Convenientia	<i>nentes aliendi et 9. bet. Excipe non esse caluniam causa</i>
Convenientia	<i>arg. vel al. lib. Qui vel Ex concubinatu tit. 7. de concubinatu.</i>
Convenientia	<i>Ordinatio Lib. XXVI. tit. 1. de Tutele.</i>
Turc	<i>Teſtamentariam sive 2. de testamentaria tutela sive 3. de confirmatione tutorum vel curarum.</i>
laque	<i>Legitimam tit. 4. de legitimis tutoribus</i>
vel	<i>dativam tit. 5. de tutoribus & curatoribus datis ab his qui iudeantur & 6. qui perantur.</i>
speci	<i>Administratione rerum tit. 7. de administratione & personale curarum.</i>
alter	<i>Autoritate praefanda tit. 8. de autoritate & consensu tutelarum & curarum.</i>
de	<i>Actione pupilli praestandat tit. 9. quando ex facto tuto-</i>
efficiens	<i>rali vel curator minoris cura.</i>
qualis	<i>Additio tutione pupilli vel personae</i>
modis	<i>Suspecti remotione tit. 10. de suspectis tit. 11. & curat.</i>
qui bus	<i>Exculcatio Lib. XXVII. tit. 1. de Exculcationibus.</i>
qui bus	<i>Educatio pupilli ut & alimentorum praestatio tit. 2. ubi pupilli & scilicet educari.</i>
qui bus	<i>Tutorem pupilli & 2. de tutela & rationibus distractabendis</i>
qui bus	<i>pro p[ro]p[ri]etate pupillum tutorit. 4. de contratu</i>
qui bus	<i>procuremente tit. 5. de eo qui pro tua-</i>
qui bus	<i>tore vel curatore negotiag[er]it</i>
qui bus	<i>falsum tutor em. tit. 6. quod falso tua-</i>
qui bus	<i>tore auctore gestum esse dicetur</i>
qui bus	<i>(Fideiſuſores tit. 7. Fideiſuſoribus</i>
qui bus	<i>aliorum & nominatorum & heredum.</i>
Realis	<i>Magistratus tit. 9. de Mag. c. vii.</i>
rei vindictio	<i>contra rebus cor. qui sub ins. vel curat.</i>
Extraordinaria	<i>tit. 10. de curatoribus furiosis & aliis extra minor, dandis.</i>

EX.

EXPOSITIO.

L I B E R . X X X . Tit. I.

De pignoribus & hypothecis, & qualiter contrahantur: & de pactis eorum. Propter dissidentiam inter homines, ut quilibet sibi caveat, in iecuritate contractus mutui accedere solet Pignus & Hypotheca. Illud est contractus, quo res obligata pro debito simul datur Creditori, §. 7. In*s. de act.* hanc est pactum legitimum, cum absque rei traditione nulla conventione pignus pignoris constituitur, l. i. pr. de pig. act. utrumq; in crediti securitatem. Differunt, quod per illud, cum fiat per traditionem, res transcat ad creditorem. Per hanc, cum nudo pacto celebretur, res non translati, l. 9. §. 2. de pig. act. Illius obligatio est civilis, l. 1. §. fin. de part. hujus pratoria, l. 17. §. 2. ead. convenienter vero in effectu, l. 5. §. 1. b. & producunt actionem hypothecariam. Deinde contrahitur pignus generaliter l. 6. b. s. vel specialiter. Adhac pactis pignoris informatur, quae vel licita, ut Antichreteris, cum creditor loco usuriarum fructus rei oppigno- rat & lucratur, l. 11. §. 1. b. vel illicita, ut lex Commisoria, l. alt. C. de part. pig.

2. In quibus causis pignus vel hypotheca acte contrahitur. Constitutur Pignus vel Expressio vel Tacite. Illud est praecedente conventione, per verba vel litteras confessum declarantes. Hoc quando ex tacita voluntate contrahentium ipso jure praefumitur pignus constitui, sive ex legi inductione, sive ex tacita hominis voluntate. Hujusmodi habet 1. Dominus praediti urbani, inductis & illatis in praedium urbanum, (qua solent esse magni momenti) l. 4. b. et. 2. Dominus praediti Rufici, in fructibus ejusdem praediti, quod dominus una cum agris, qui ad praedium pertinent, locavit alteri, l. 7. 3. Pupillus & Minor in bonis Tutoris & Curatoris, l. 20. C. de adm. et. 4. Uxor in bonis marituatione dotis, l. un. §. 1. C. de rei uxori. act. 5. Ecclesia & Civitas in bonis Prelati & Propositi, propter malam administrationem rectum ad Ecclesiam aut civitatem pertinentium, l. antepen. §. f. C. quo quisque ordin. 6. Legatarius in bonis Testatoris pro legato consequendis, l. i. C. comm. de leg.

3. Quae res pignoris vel hypotheca dat & obligari non possunt. Oppignorari possunt res corporales & Incorporales, mobiles & immobiles, extantes & futurae, praesentes & absentes, nisi prohibeantur. Prohibentur vero quedam oppignorari natura sua, quadam lege. Natura sua res sacre, sanctae, religiosae, universitatis, liber homo & res alienae. Legis Jura Pradiutorum, Res pupillares, dotalis, Feudales, Litigiosae, Prania furia victoria & Iustitia, iumenta ad agriculturam necessaria. Legi namque ob variis causis in his prohibendi ius est.

4. Qui potiores in pignore vel hypotheca habentur & de his qui in priorum creditorum locum succedunt. Effectus pricipius pignoris est, ut debitor non solvente aut suspecto creditori ex contractu pignoris permisum sit pignus persequi, ejusq; possessionem consequiri, utque tandem scopus suum obtineat, illud distrahere. Persequitur creditor pignus actione Serviana & quasi a Servo Praetore, Romano sic dicta §. 7. de act. Illa effectio in remissa datur domino fundi contra conductorem & colonum d. §. 7. ad id, ut mercedis aut danni nomine de rebus inductis, illatis, in vecnis domini non fundi consulatur. Datur etiam adversus quemcumque possessorum rerum illatarum. Hac (qua ad dissidentiam Servianam, utilis Serviana & quasi Serviana dicitur alias hypothecaria, vindicatio pignoris) est actio in rem, qua datur creditor i aduersus dominum vel quemvis alium pignoris possessorem, aut qui dolo desit possidere, ad possessionem rei oppignoratae consequendam, l. 66. pr. de civitate. l. 3. C. de praetor. pignor. Quod si jam contingat ut plures eadem rem persequantur, illisque ea simul diversis temporibus sit oppignorata, tum, naturali ratione preferuntur, qui tempore sunt potiores, & qui in posteriorum locum succederunt illi, quia sibi de jure in rem querendo prius vigilarunt, quorum diligentia ipsis merito prodest contra indigenes: hi vero, quia ejus, qui potior jure est, perlonam representant.

5. De distractione pignorum & hypothecarum. Ut legitimè fiat pignoris aut hypothecarum distraictio, requiritur 1. ut debitor sit in mora, vel suspensus de solvendo l. 4. b. 2. Ut prius ter denuncieret Debitor, l. 4. C. b. (nimisum inter unam quamque denunciationem diebus X. intercedentibus) 3. si nec tunc quis emat intra bienium, ipse creditor retine re potest, modo dominum pignoris impetrat, l. f. C. de juri.

D

domi

dom. imp. 4. *Eo imperato, si adhuc intra aliud biennium (quod conceditur, l. 7. C. b.) non solvatur debitum, res plenamente manet creditoris, d. l. f. C. defur. dom. imp.*

6. *Quibus modis pignus vel hypotheca solvitur.* Pignus vel una cum Principe palii obligatione, cui accessit, solvitur; vel durante ea, separatis. Illo modo 1. solutio debiti naturali, l. 43. l. 49. de solute. 2. Facta, ut sunt Acceptatio, Novatio, vel si cred. or, quod debetur, donet debitoris. It. oblatio & Depositio, l. 19. C. de usur. §. 5. pr. quib. mod. toll. obl. l. 18. de Novat. Hoc modo 1. per pignoris remissionem expressam, l. 5. h. t. l. 3. C. de pign. 2. Rei interiu totali, l. 3 pr. h. 3. Tempore finit quo hypotheca durare debebat, l. 4. b. t. 4. sententia & iurejurando, si judicatum iuratum ve sit, rem non esse obligatam pignori, l. 5. §. 6. b. vel plane nihil deberi, l. 13. cod. b. Redditione shirographi, qua pignus crat constitutum.

LIBER XXI. Tit. I.

Deditio editio & redhibitione, & quanti minoris. Ad implementum Emtonis & Ventionis accedit Edilium Editum. De quo notetur 1. quod ita dicatur ab Edilibus curulibus, penteos quo cura inter alia fuit rerum venalium, & precipue annoe & contrahuum ad animadverendas, collibendas imposituras & fraudulentas circumventiones venditorum, vid. l. 1. de via pub. ubi Gorhoj. & l. 1. §. 2. b. quod ratio Rep. exigit, ut iustitiae vivatur & commercia promoveantur. 2. Hinc dari duplice actionem Redhibitoriam & Quanti minoris, Redhibitoria (archibendo sic dicta quod emitor rem emparat e. faciat ut venditor rufus habeat l. 21. pr. b.) est personalis, pratoria, qua datur emitori ob rem venditam virtio affectam, aut non tamquam quemad venditor affirmavit & promisit, vel etiam ob reticentiam, l. 1. §. 9. b. t. contra venditorem ad rescindendum omnino contractum, & pretium una cum usuris atque quod interest prelio non caruisse, restituendum, l. 27. & seq. b. Actio quanti minoris (alias Estimatoria, quod rem estimat) datur Emitori contra venditorem in rei virtuosa, ad reddendum tantum de prelio, quanti minoris res valuit, cum emeretur. Datur ergo haec non ad rescindendum ut prior.

2. *De evictionibus & dupla stipulatione.* Ad supplementum emtonis venditionis quo agitur hic de Evictione, qua est rei emptae aliave causa accepta, interposito iudicis decreto oblatio. Illius praestatio quidem naturaliter inest emtoni venditioni, quia venditor semper vacuum possessionem tenet tradere, quia vacua non est, quando res ab ejus domino evincitur. Attamen & Stipulatio adjici foler venditioni causa majoris securitatis, iuxta princip. cautionalia. Stipulatio illa vel est simple vel dupla. Illa promittit venditor simplicem precii restitutionem, si res evincatur: Hac, duplum. Ex illa oritur actio ex stipulatu simple (scil. evictionis) qua emitor contra venditorem agit ad prelio (estimati secundum tempus contractus, l. 1. l. 13. b.) ejusque quod interest restitutionem. Quia convenit cum actione ex Emptio, quia Emptor idem consequi potest, quatenus naturaliter inest emtoni Evictionis praestatio; competit tamen tunc, quando non promissa est Evictio. Actio ex stipulatu dupla (sc. Evictionis) est, quia datur emitori adversus venditorem ad duplicatum premium restituendum l. 64. b. non ad interfere.

3. *De exceptione rei vendita vel tradita.* Evincitur res vel a tertio vel ab ipso venditore & ejus successoribus. Ab illo recte, ab hoc non item. Non venditor & ejus heredes vel successores in genere tenentur de Evictione, E. non possunt rem Venditam (quam successores ratam habere debent) auferre, sed si agant evicturi ab emtore vel ejus heredibus, repelluntur Exceptione rei vendita & tradita. Si vero patiatur Emptor rem a se evinci, postea de evictione agere potest, l. 17. de evict. Quia res originem habet ex princip. hum. act. quod non possit quis improbare quod semel approbaverit vel ipsi, vel ejus personam repräsentans.

LIBER XXII. Tit. I.

De usuris, & fructibus, & causis, & omnibus accessionibus, & mora. Usura quoque ad implementum contractibus accedit, fructus, causa, accessiones. Usura est accessio fortis legibus statuta, quam lieue exigit creditor a debitor propter carentiam pecunia, l. 26. C. de usur, vel alterius rei debita. Estque sec. regulas justitiae committit, etiamunda ut fors, cui accedit. Et hie haud sit modus acquirendi naturalis, non tamquam

Tamen hic est contrarius iuri naturae, sed artificialis, sc. princip. politica. Debentur autem ex tribus causis 1. ex pacto. 2. ex mora. 3. ex stipulatione. Ex pacto in bon. fid. contractibus, si id in continent adjectum fuerit. l. 7. §. quinimo. de pat. l. 5. 4. 13. C. b. s. non ex intervallo. In stricti juris contractibus ex stipulatione tantum l. 3. b. non pacto. Nisi res sit in obligatione, qua mensura confat. l. 12. C. b. 2. civitas pecuniam credidit. l. 10. b. (proper utilitatem publicam) 3. aut argentarii. Nov. 130. c. 4. 4. vel pecunia sit nautica l. 7. de naute f. e. propter periculum: quibus casibus ex pacto in continent adjecto debentur usura & in stricti juris contractibus. Ex mora pertinet eadem in contractibus bon. fidei l. 18. C. b. quibus ob favorem ultimarum voluntatum l. 1. in testamentis l. 2. de R. 1. legata & fide commissaria numerantur. l. 3. pr. 2. 3. l. 36. b. t. Ex stipulatione usura promissa exiguntur in omnibus contractibus tam bon. fid. quam stricti juris. l. 10. §. 4. mandat. Fructus in genere significant omnem utilitatem, qua ex re percipi potest propriè quæcunque natura propter hominem producit. l. 42. de usur. ut quæ inascentur ex rebus animali & inanimati. Fructus in genere sumptu. 1. aliis Naturales vel naturales in specie, qui circa hominis operam proveniunt, vel industriaes, qui culturae hominis requirunt. 2. alii Pendentes, (qui juxta principia Physica pars fundi ipsius l. 44. de R. b.) vel stantes, qui solo cohaerent. l. 6. §. 3. de fave: alii precipendi, qui percipi potuerunt debuerunt. Percipi sunt vel Extantes vel consumiri. Pendentes autem maturali immaturi. Notandum vero fructus hoc est: laetissime accipi. Causa huius latius patet, & omnem omnino utilitatem qua occasione rei percipi potest, itaque & fructum complectens, & est fructus fructuum. l. 5. §. 3. de pro. l. 3. de V. 3. Fructus vero rei sunt quos ea in specie profert. Accessiones latissime complectuntur usuras, redditus, causas, alluviones & sunt quod rem quo quo modo sequitur. l. 34. de R. V. 1. 4. de j. d. 10. Mora quatenus operari solet usura, hic refertur ad implementum contractus. Significat vero collationem cessationem voluntariam cum adversarii injuria conjunctam. l. 1. de collation. Estque duplex exire (extra ordinaria) i. irregulari l. fin. C. de cond. ob turp. causam) vel ex persona. Ex re est qui solo tempore rarde solutionis contrahitur. l. 21. §. 1. de fiduciom. libert. l. 3. C. in grabus trans. r. sit. in re. non est necessaria, in certis casibus. In fiduciam commissariis liberations d. 1. 6. in rebus minorum d. 1. 3. in delicti urto &c. l. fin. C. de cond. furt. in empore, si accepta per vendita precepsim eius non exsolvat. l. 5. C. de act. emp. + Mora ex persona contrahitur si debitor a opportuno loco & tempore interpellatus non solvit. Ita dicitur quod oritur ex interpolatione personæ (admonitione, petitione, solutio- nis) qua debet.

2. De nautico funere. Usura vel sunt Terrestres vel Maritima. Haec alias dicuntur scensus nauticum, quod pro pecunia trajectum solvit. Trajectitia sive nautica pecunia est, quam creditor negotiatori trans mare navigatario usque ad certum locum vel in omne iterum & redditum tempus suò periculo praefat, qua de causa permissum est ejus nomine & ex pacto maiores usuras & gravissimas petere. Creditor autem hic quidem suscipit periculum casus fortuiti, sed non quod ex culpa debitoris emergit, ut. t. si debitor res illicitas transporteret; tum enim res omnes conficiantur. l. 3. C. b. 2. si non servaverit consuetum & legatum navigandi modum.

3. De probacionibus & presumtionibus. Ad probationem contractus inter alia accedere solent Instrumenta & Testes. Probatio in genere est re dubia per argumenta offensio. Præsumptio autem opinio aliquo modo suffulta, de re incerta non probata. Estque triplex i. Juris & c. de jure, qua jure introducta est, & non admittit probationem in contrarium. l. fin. C. arb. t. 2. Juris tantum; qua ab ore probandi relevat, & id rejicit in adversarium. l. sive C. de probat. 3. Modica hoc est hominis, levius præsumptio s. conjectura, qua sine alii adminiculis fidem solidè non facit. l. ratione C. b. 4. Præsumptio vero juris sumit ex tribus regulis. Naturalia semper in eff. 2. Quodlibet præsumit in eo statu quo ante fuit, seumutatione non præsumit. 2. Taliter facta præsumit qualiter communiter se habere vel evenire solent. Dependent vero hac ex præsumptio. Rethoricius quando fides, de facto iudiciorum litigantibus facienda, vel artificialia est (& fit tribus instrumentis, iure jurando &c.) vel artificialia, per argumentationes, collectiones variis generis.

4. De fide instrumentorum, & amissione eorum. Instrumentum in genere est tabula, scriptura, facta ad fidem faciendam, ejus rei qua in illa continetur. Estque vel

Privatum, quod à privato, vel Publicum, quod à personis publicis, ut Notario, Magistratu, Secretario judicij, ap. acta &c. conficitur. Effectus eius est, quod plenam fidem faciat, unde duas produc presumptioes, veritatis & solemnitatis.

3. *De testimoniis.* Testes in genere sunt persona, qua ad fidem alicujus rei adhibentur, de eo quod sensu corporo percepserant.

4. *De iuris & facti ignorantia.* Vice probationis est ignorans, quia ab onere probandi relevat, donec contrarium probetur, l. 21. de probat. modo si alieni facti. Et enim vel juris, quando quis id nescit quod est constitutus juris: vel facti, quando quis id factum putat quod factum non est, vel factum non putat, quod factum est. Hec, si defacto alieno, ordinare involuntaria est, si de facto proprio, spontanea regulariter & superabilis, id est quae illa excusat, hanc non item.

LIBER XXIII. Tit. 1. *Sponsalia.*

5. *De sponsalibus.* Exactius principis inter vivos hic secundo loco refertur Conjugium. Hoc praecedunt sponsalia, à spondendo sic dicta, quia veteribus in ufo erat stipulari sibi & spondere futuras uxores, unde & nomen vetus nunc manet, atque sponsus & sponsa appellantur. Sunt verò mentio & re promissio futurarum nuptiarum, l. 1. b.

6. *De virtute nuptiarum.* Interveniunt in nuptiis solennitates & ritus nuptiarum. Nuptiae sunt coniunctio maris & feminæ, individuum vitæ conseruandam continens, §. 1. de patr. pot. Ritus nuptiarum consistunt in consensu contrahentium, legitimâ arte, deductione in domum mariti, hodie in interventiis negotiorum.

7. *De iure dosum.* Accedunt conjugio, ita tamen ut ab eis possint dos, fundus dotalis & donatio inter virum & uxorem. Dos est sius marito in rebus dothibus pro oneribus matrimonii constitutum, usque dum finitur matrimonium. Potest quoque per rem finiti quae ab uxore sic datur viro: Dotes verò mulierum salvas existere Romanis ex utilitate R. cip. visum fuit, contra alias gentes, quae eas non admiserunt: Sic enim masculi incitabant ad Remp. prole implendam, mulieres rei familiari student ad dorem conservandam, virque eò libentius onera matrimonii sustinet. Quin sic etiam tranquille & jucunda vivitur in societate conjugali, quod certè societate civili non potest non proficer.

8. *De partibus dotalibus.* Constituitur dos plerumque pactis dotalibus. Hac vel sunt tantum de dote, & obtinente vim contractus, vel simul concepta de hereditate in casu mortis lucranda & vim habent ultime voluntatis, quinque testes requiriunt, & revocari possunt à constitutente, altera parte etiam invita.

9. *De fundo dotali.* Si fundus in dorem fuerit inestimato datus, prohibuit L. Iulia fundum dotali alienari, quia maritus non simpliciter est dominus doris, sed ita ut talis aliquando possit desinere.

LIBER XXIV. Tit. 1. *De dissolvente in lege.*

10. *De donationibus inter vivum & uxorem.* Accedit quoque conjugio donatio inter vivum & uxorem. Hac Romanis prohibita est, ne precio conciliaretur amor conjugalis, solo animo astimandus. Ne liberalitas in paupertatem incidaret ex profusa donandi facilitate. Quae equidem externa saltim rationes videntur, utique magis causam existeret individua conjugum societatis. Mutuâ enim liberalitate amor natura-liter alius & fovetur.

11. *De divorcio & repudio.* Post contractas nuptias, quae sequuntur, sunt hie: 1. Dissolucionis carum 2. Repetitionis doris. 3. Retentio eius & exceptiones quae repetitioni possunt opponi. 4. Liberi. Dissolvitur matrimonium capivitate, divorcio, morte, &c. 5. Divortium verum est quod sit animo perpetuam constitundi dissensionem, non autem quod in calore iracundie sit vel dicatur, l. 32. §. 22. de donat. int. viv. & uxor. l. 31. de jur. dor. Factum enim est repentina motu, & non vera de certa animi conscientia. Hincque valet tunc demum, si ex perseverantia apparuit iudicium animi fuisse, d. i. b. Licet verò sui natura individuum sit matrimonium, receptum tamen Romanis toleratumque fuit divortium, majoris mali vitandi causa, ob hominem malitiam & pravitatem, externâ ratione. Repudium pertinet & ad sponsos & ad futurum matrimonium, l. 19. de V. S. divortium ad praesens.

3. Solag

3. Soluto matrimonio dos quem admodum petatur. Ersi soluto matrimonio dotis dominium statim ipso iure ad mulierem redeat (cum maritus tantum constantibus nuptiis sit dominus) possessio tamen, cum facti sit necessario à muliere repetenda est, *l. 9. c. b.* Repetabatur verò olim rei uxoria actione, hodie actione ex stipulatu quæ est boni fidei (*§. furat. Inficit de action.*) personalis, soluto matrimonio uxori vel patri e-*ius* (his tantum dabatur rei uxori, actio) aut ceteris mulieris heredibus competens, quā petitur dos restitui cum fructibus, juxta proportionem anni quo divortium est factum, cum reparacione damni, si quid mariti culpa accessit, *l. 1. b. t.*

Liber XXV. Tit. I.

Dimpensis in res doteas factū. Ex exceptionibus repetitioni dotis opponi solitis frequens est impensarum. Impensarē enim necessarie ipso iure doteam minuant, *l. 1. §. a. & seqq. b. c.* pro quibus conseqēndis darur actio negot. gestor. Eadem actio est pro utilibus, *l. 7. §. t.* voluptuariis si nolit deduci uxori, & à recipiari possunt, tollit manus, non possunt uxori eas relinquit, *l. 9. b.*

2. De actione rerum amotarum. Dotis repetitioni ex stipulatu obstat quoque exceptio rerum marito ab uxore constante matrimonio amotarum. Datur inde actio (condicō) contra uxorem, ad restitutionem rerum amotarum, quæ & in heredes in solidum competit. Temperatur verò sic actio furti (quæ revera subest) in matrimonii favore, lenitate nominis & fictione juris statuitur esse rerum amotarum, ratione singulari, *l. 21. §. gen. b.*

3. De agnoscendis & aliendis liberis, vel parentibus, vel Patronis, vel libertis agnoscendis. De liberis duo sunt constituta SCra, primū est Placianum, quod duas species complectitur, *l. 1. pr. l. 4.* prima est tantum de liberis qui post divortium nascuntur, *l. 1. §. 10. b.* altera de falso partu subiecto rejiciendo, *d. l. 1. pr.* Secundum, quod temporibus Hadriani factum, de agnoscendo partu, qui constante matrimonio editur, *l. 3. §. l. b.* Agnitionis finis est, ut partus alatur à parentibus & vice versa, *l. 3. §. l. b. cod.* Quidam initio ex naturali affectione ortum; ad eos in quibus civiliter eadem ratio militat, extensum sicut, patronos puta & libertos.

4. De inspicioendo ventre, custodiendo, paru. De liberis nascituris duo hic queruntur. Primo an mulier sit gravidia, quod probatur inspectione & custodiā partus. (1) ut vir cogatur partam agnoscere, si mulier post divortium denunciet se esse ex viro prægnantem, *l. 1. §. 12. de agnoscendis aliendis lib.* (2) si mulier post divortium, neget se esse ex viro prægnantem, *l. 1. b.* (3) si mulier mortuo marito sedicat esse prægnantem, *l. 1. §. 10. eod.* Deinde queritur, an uxor in boni pos. defundi ventris nomine sit mittenda. Quod affirmatur r. t. de ventre in pos. mit. Unde illa habet Praetoris remedium bonorum possessionem ex editio de ventre in pos. mit. Constituta autem hæc sunt rum ex principiis cautionalibus, ne falsus partus subiciatur; tum quod res magni sit momenti mittere mulierem ventris nomine in bonorum possessionem mariti defuncti; tum ex principio externis ratione inspectionis.

5. Si nomine muliere in possessione missa, etdem possessio dolo malo ad aliam translata esse dicetur. Dicatum ramen remedium non proficit mulieri, si ventris nomine in pos. nulla fuerit & ad alium translata possessio, idque dolo malo alterius circumveniendi causa, *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. b.* ne alteri prosit quod in favorem ventris constitutum, dolusque opituletur. Exinde heres vel substitutus tunc actionem in factum haber contra mulierem, quā petitur omne quod interest possessionem non esse translamat. Aversus illum qui dolo accepit; agere poterit ex interdicto quorum bonorum, vel actione ex hoc editio.

6. Si mulier ventris nomine in possessione calumnia causa esse dicetur. Fit hoc si sciens se non esse prægnantem, calumnia causa venienti in possessionem, vel ex alio prægnans sit, antequam in boni possessionem missa est. Tunc eam datur ex hoc editio actio in factum, illi cuius interfuit millionem non decernit, contra mulierem ad id quod interest. Refundere ergo tenetur quod alimentorum nomine perceperit. Nisi forte deferente herede juraverit se esse prægnantem. Ita enim propter reverentiam juramenti & præsumptionem probitatis, de calumnia non queritur, *l. 1. b.*

7. De concubinis. Ex concubinatu nati dicuntur naturales liberi. Concubinatus secundum jus civile, est licita maris & feminæ conjunctio, viræ societatem

D 3 conti-

continens, absque ritu & jure nuptiarum. Permissus est & toleratus causa majoris ini-
di, non ex re bona & legitima est.

Detur tutele. Tutela, ut capitur pro potestate tutoris, est vis ad potestas in capitile libe-
ro ad tuendum eum qui per actum se defendere nequit. §. 1. de ult. tutele. Ut vero si
significat gescionem tutela, q. contractus est §. 2. de obligat que q. ex contr. or. Ultrumque
res et huius divino & naturali conveniens §. pen. de Art. l. tutele. ut qui parentibus defitu-
untur, regantur ab illorum succedaneis, & Recip. educantur.

2. De testamentaria tutela. Permissum est lege XII. tabb. dare tuorem liberis,
qui sunt in potestate, quod is optimis tutoribus illis prospexit, censendus sit, eeu ma-
gistratus sive domus.

3. De confirmando tuore. Confirmari dicitur tutor vel curator, si forsitan minus
idoneus sit datus, a matre vel patre, emancipato &c. l. i. b.

4. De legitimis tutoribus. Sunt illi qui defientibus patris arbitrio dantur pro-
visione legis, ob committitudo sperata, successionis.

5. De tutoribus & curatoribus datis ab his quibus dandi habent: & qui, & in quibus
causis specialiter dari possunt. Ubi & agnati deficiunt, magistratus est pupillo de tute-
re prospiceret, ne sine defensorre relinqueretur, ut quia deficiente lege muta, loquens h. e.
magistratus, officium suum faciat.

6. Qui perant tuores vel curatores, Nimurum Dativi illi petendi sunt, ipsi pu-
pillis, a matre, cognatis, amicis, l. i. b.

7. De administratione & periculis tutorum & curatorum, qui gesserunt, vel non. & de
agenib; & convenientiis uno vel pluribus. Complicum valde est officium tutoris in
ipsa tutele administratione. In qua dolus & levius culpa ipsi praestanda, ut diligenter pa-
trif. Cartera ipsius sunt pericula. Inde juxta Oeconomica principia præ coeteris
ipsi procedendum, inventarium bonorum consideando ac reddendo rationes. Ubi
plures de tutores, pater designare solet & potest qui gerere debeat, si non fecit, tu-
torum conventione hoc relinquitur. Ubi & haec cessat, Pratoris arbitrium est, qui etiam
post est administrationem dividere, l. s. 1. 7. & seqq. b.

8. De autoritate & consensu tutorum & curatorum. Summopere necessaria est
pupillo tutoris autoritas, qua ejus persona legis potest integratur. Consensus quo-
ad gescionem minoris, requiritur saltem ad ejus confirmationem.

9. Quando ex facto tutor vel curator minoris agere vel conveni possunt. Utilitas
gesti pupilli a tutele praefatti debet, puta ratione corum que gessit, quod factum om-
ne sit nomine pupilli. Inde huic istorum omnium causâ actio utilis comparata est.
Contra tutorum condemnatur ex causâ pupilli, actio judicati adversus hunc tantum
exerceri debet, l. a. 2. & seqq. b. e.

10. De suspectis tutoribus & curatoribus. Hi sunt qui non ex fide gerunt, aut mo-
ribus tales existunt ut suspecti habeantur, s. t. de susp. tutele vel curat. qui remoyendi, ne
quid pupilli aut minores detrimenti patiantur.

LIBER XXVII. Tit. I.

Dexcusationibus. Excusatio est justa causa allegatio, quare quis non debeat cogi ad
tutelam vel curam administrandam. Et alia quidem ex persona ejus de cuius tu-
tela curare agitur, pupilli vel adolefcientis: vel ex persona excusant, spectans ad ani-
mum ad corpus, ad fortuna bona, tam respectu rei familiaris quam Reipublicae.

2. Ubi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei praestandi. Sapientia hoc
quaestio occurrit, opusque est ut constituat Prator, ubi filii vel alaniur vel morentur,
posthumi & pueri, l. i. b. Ordinari nimurum penes eum quem parer nominavit, nisi pu-
pillo id officiat: dein apud matrem, nisi vitricum superinduxerint; denique apud ali-
os parentes, non suspectos. Modus autem ex circumstantiis persona, facultatum,
conditionis &c. estimandus est, l. 2. §. 2. l. 3. cod.

3. De tutele, & rationibus distractabendi & utilicurariis causa actione. Actio tu-
telle distractab. finita tutela datur pupillo, quā perfecitur id quod fibi a tutele abest
ratione tutelæ, l. i. pr. & §. 2. b. Rationibus distractab. arbitria, eidem ad per-
sequendam.

sequendum quod ipsi dolo tutoris abest à rationibus; d. l. i. §. 21. l. 2. pr. Utilis curatio-
nis causa ad exemplum directa tutelæ omnibus competit qui curationem habuerunt vel
adhuc habent, adversus curatorem.

4. De contraria tutela & utili actione. Actio hac est contraria à parte tutoris,
competenti tutori ad periequendum id quod ipsi abest ratione gesta tutelæ, l. 3. §. 11. 4.

5. Quodcumque singulari introductum est (cùm alioqui sine tutori auctore nulla sit pupilli
obligatio) ut provocentur tutores, & eo facilius quid impendant in res pupilli. Ad
similitudinem verò & contra eum cuius cura gesta est, datur utilis actio, qua consequi-
tur curator quod ipsi ex causa cura gesta cura abest, dd. II. Atque haec sunt in universum quin-
que actiones inter tutorem & pupillum, aut curatorem & adolescentem competentes.

6. De eo qui pro tutori, prove curatore negotia gestis. Sunt actiones quæ tutelæ
curae causa, cum malis existunt. Ut contra eum qui cùm tutor vel curator revera
non est, pro tali ramen se gestis. Actio scil. Pro tutela directa, pupillo contra eum
qui pro tutori negotia gestis, competens, l. 4. b. Contraria, contrapupillum ei qui
pro tutori negotia gestis, l. f. Etat exemplum illarum & actio Procura competit;
directa & contraria. Ortu vero habent haec actiones ex necessitate, & proprietate in-
certitudinem, l. 1. h.

6. De sed falso tuteore auctore & factu se dicatur. Contra falsum tutorē (falso
& dolo malo tutelam administrantem; à quo differt protutor, qui plerumque bon-
fid. aut putans se tutores, aut amicos, impedito forè vel abiente amico admini-
strat) datur actio rectitutoria, & ei qui cum pupillo, falso tuteore auctore, contraxit
contra falsum tutorē, ad periequendum id quod interest deceperit non esse, l. 1. pr.
l. 7. pr. & §. 1. h.

7. De fidei jussoribus & nominariis, & hereditibus eorum, & curatorum. Ex obli-
gatione ad factum alienum, extra ordinem datur actio contra fidei jussores qui pro-
mittunt rem pupilli vel adolescentis salvam fore, & nominatores (qui idoneos
haut nominantur) heredes, ad id omne quod ratione gesta tutelæ in hu-
ius actionem venit;

8. De magistratis convenientiis. Ubi nec sic consulum pupillo vel adolescenti-
ti, excusus tutorum & fidei jussorum facultatibus, in subsidiis denique datur actio
in magistratus, qui vel nullatos vel minus idoneos tutores dederunt, aut cautionem
non exegerunt, §. 2. 1. de factis, tutor. Atqui ita pupillis omnibus quibus potest mo-
dis, profiscitur.

9. De rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt, sive decreto non alienandis, vel suppo-
nendis. Si de alienatione hujusmodi bonorum agitur, spectanda est patrii voluntas
et. C. quād. decret. op. non est vel an urgeat necessitas aris alieni, ubi, nisi prater vo-
luntatem tutoris vel curatoris, causā cognitā decretum interveniat, nulla distractio
vel oppugnatio. Ideoque consulitur pupillo Rei vindicatione, quā illud quod con-
tra D. Severi orationem illegitimum alienatum, à quovis possidente vindicat. r. r. b. &
c. cod.

10. De curatoribus furiosi, & aliis extra minores dandis. Ordinarii curator datur
adolescenti. Extra ordinem vero ad exemplum ejus, exigente necessitate, furioso;
vitiorationis & intellectus laboranti. Prodigio, moribus corrupto, qui neque tem-
pus neque finem expensarum habens, furiosum rerum suarum exitum facit; sed &
aliis qui rebus suis superest non possint. Hique curatores non modo facultas sed
& corpus ac iactum talium tueri debent, l. 1. 2. 7. b.

PARS

PARS V.

Vt inz voluntatis negotiis Successio vel est Particularis delegato	In genere	Pagano	Necessaria fluorum	Injustum testamentum.
		Ex Test. Libri. xxii. ix. tit. 1. qui est fac. de quo agitur.	Constituendo Continuando militari t. 1. de re flamenco milit. lib. xxix.	hered. 2. de liberis & postib[us] mis. hereditate ubi & contra quemadmodum infirmitas quando est.
In specie	1. De rebus	Constitutio, ex quo acquiritur tit. 2. de acquirendis vel omni. hereditate. Acquirere vero aliis	Volunta[ria] extra neorum	Ruptum In gradu primo in specie dicta Instituicio tit. 5. de boreibus inservientibus.
	2. De morte amicis tendi. qui oco	Denegatur iis	In ulteriori dicta substitutio tit. 6. de vulgar[is] & pupill[is] substitutis.	
2. De rebus	3. De conditionibus	qui mortem defuncti ulisci[nt] noluerunt tit. 5. de SC[ript]a Sylwaniano.	Conditionalis tit. 7. de conditionibus instrutionum. 8. de jure delib[er]andi.	
	4. De amitis	qui prohibuerunt vel extorserunt testamento tit. 6. Si quis aliquam res habet probavit.	Conceditur: & quidem mediante additione, quam praeditum testamentum apertura tit. 3. testamentum quemadmodum operantur.	
In specie	5. De rebus	De annuis legatis & fideicommissis Lib. xxxi. tit. 1. de annis & mensibus legatis.	De rebus, qua legari possunt vel non Lib. xxx. de legatis & fideicommissis. 1. de personis qua, quibus utiliter legent Lib. xxxi. de leg. & fideicommissis.	
	6. De conditionibus	Vita, usufructu, reditu, habitatione, operis. 2. de Usu, usfr. reditu &c. Servitio tit. 3. de Servitio legata.	De personis qua, quibus utiliter legent Lib. xxxi. de leg. & fideicommissis.	
In specie	7. De rebus	Dote tit. 4. de dote pra legata.	De verborum & rerum significacione qua ad legata pertinent Lib. xxxii. 3. de leg. & fideicommissis.	
	8. De conditionibus	Optione, electione, tit. 5. de optione vel electione legata.	De annuis legatis & fideicommissis Lib. xxxi. tit. 1. de annis & mensibus legatis.	
In specie	9. De rebus	Tritic[um], vino, oleo tit. 6. de tritico vino, oleo, legato.	Vita, usufructu, reditu, habitatione, operis. 2. de Usu, usfr. reditu &c.	
	10. De conditionibus	Instru[n]to fundo, vel cum Instrumento tit. 7. de instru[n]to vel instrumento legato.	Servitio tit. 3. de Servitio legata.	
In specie	11. De rebus	Peculio tit. 8. de Peculio legato.	Optione, electione, tit. 5. de optione vel electione legata.	
	12. De conditionibus	Penu tit. 9. de Penn legata.	Tritic[um], vino, oleo tit. 6. de tritico vino, oleo, legato.	
In specie	13. De rebus	Supellec[t]io 10. de supellec[t]io legata.	Instru[n]to fundo, vel cum Instrumento tit. 7. de instru[n]to vel instrumento legato.	
	14. De conditionibus	Alimentis & cibaris Lib. xxxiv. tit. 1. de aliment. vel cibaris legatis.	Peculio tit. 8. de Peculio legato.	
In specie	15. De rebus	Auro, argento, mundo &c. tit. 2. de auro, argento, mundo, ornamenti, vest. legatis.	Penu tit. 9. de Penn legata.	
	16. De conditionibus	Liberatione tit. 3. de liberatione legata.	Supellec[t]io 10. de supellec[t]io legata.	
In specie	17. De rebus	Ademptio, translatio t. 4. de amittend. & transferend. legatis.	Alimentis & cibaris Lib. xxxiv. tit. 1. de aliment. vel cibaris legatis.	
	18. De conditionibus	Res dubia 5. de rebus dubiis.	Auro, argento, mundo &c. tit. 2. de auro, argento, mundo, ornamenti, vest. legatis.	
In specie	19. De rebus	Adiecta pena 6. de his, qui pene cause relinquentur.	Liberatione tit. 3. de liberatione legata.	
	20. De conditionibus	Regula Catoniana t. 7. de Regula Carenana.	Ademptio, translatio t. 4. de amittend. & transferend. legatis.	
In specie	21. De rebus	Pro non Scriptis habita t. 8. de his, qui pro non scriptis habentur.	Res dubia 5. de rebus dubiis.	
	22. De conditionibus	Indignitas t. 9. de his, qui ut indignis auferuntur.	Adiecta pena 6. de his, qui pene cause relinquentur.	
In specie	23. De modis minimi	Defectus conditions Lib. xxxv. tit. 1. de conditionibus & demonstratio-	Pro non Scriptis habita t. 8. de his, qui pro non scriptis habentur.	
	24. De modis maximi	Lex Falcid. tit. 2. de L. Falcid. tit. 3. Si cui plus quam per L. endi, qui duo	Indignitas t. 9. de his, qui ut indignis auferuntur.	
In specie	25. De Tempore ges- sionis	Falcid. licet.	Defectus conditions Lib. xxxv. tit. 1. de conditionibus & demonstratio-	
	26. De conditionibus	SC[ript]um Trebellianum t. 1. ad SC[ript]um Trebellianum Lib. xxxvi.	Lex Falcid. tit. 2. de L. Falcid. tit. 3. Si cui plus quam per L. endi, qui duo	
In specie	27. De conditionibus	In puro, est tempus mortis tit. 2. quando dies legator. vel fideicommiss. cedet.	SC[ript]um Trebellianum t. 1. ad SC[ript]um Trebellianum Lib. xxxvi.	
	28. De conditionibus	Sibi fatisdari, t. 3. ut legator. f. fideicommiss. servand. causa caveatur.	In puro, est tempus mortis tit. 2. quando dies legator. vel fideicommiss. cedet.	
In specie	29. De conditionibus	Mitti in possessionem bonor. legator. ser- vand. causa liceat.	Sibi fatisdari, t. 3. ut legator. f. fideicommiss. servand. causa caveatur.	
	30. De conditionibus	DFG	Mitti in possessionem bonor. legator. ser- vand. causa liceat.	

EXPO-

EXPOSITIO

LIBER XXXIX. Tit. I.



Vite testamenta facere possant: & quemadmodum testamenta fiant. Ultimæ voluntatis ex Testamento negotium (seu ex ultima voluntate) est Successio, vel universalis vel particularis. Naturæ namque valde convenit, loco parentis deficentis liberos procreatos habere successores, vel his non extantibus, eos qui generè proximi, aut amici sicutim vel bene meriti. Hinc, jure gentium inducitur reram proprietate, visum est plerisque legum latoribus, in omni antiquitate (jam inde à Patriarcharum temporibus) nemini magis quam domino, competere de rebus suis ultimæ voluntate statuendi potestatem, lege tamen, sec. principia politica, dirigente & gubernante, l. 1. s. 2. de legib. Unde quoq; testamenti factio non privati sed publici juris est, l. 3. h. r. nec quis cavere potest, ne leges in suo testamento iocum habeant, l. 5. de leg. 1. atque testamentum inde estaminatur, an secundum regulas juris factum sit, l. 4. h. r. Ceterum universalis successio fit vel ex testamento (& quidem ordinariè) vel ex codicillo, (extra ordinem sc. ubi testamento adiecta fuerit clausula codicillaris) vid. V. V. Senb. parat. de jure codicil. n. 5. Testamentum hodie aliud est publicum, cum quis publica fide testamentum faciat, aliud Privatum. Publicum vel Principi offertur, pre- cibus insertum l. 19. C. de testam. & vel in apud acta, cuiusvis Judicis, dictum Judiciale d. 1. Fitque duplicter. 1. Si quis judicium ingreditur, & ibi ap. Acta (qua se, de rebus ibi gestis conficiuntur) palam coram Judice aut municipibus ultimam voluntatem suam declarat, & perit ut his autoribus in acta referatur: 2. Si scripta comprehenſam suam voluntatem Judici ad se vocato aut municipiis offert, & in acta referri petit. Hic casibus omnibus nulli testes requiruntur, propter l. 49. l. 37. eod. l. 31. C. de don. Privatum (quod privata fide fit, vel est Solenne, vel minus solenne). Illud, quod communis & ordinaria juris ratione observari fit, §. ult. de inoff. test. alias Paganum (quod à paginis solenniter obseretur & observari debeat) vel est Scriptum vel Nuncupativum. Scriptum, quod heredis nomine at testatore vel ab alio eius causa scripto & VII. testium signis & subscriptiōnib; adhibitis, unicō contextu celebratum est, §. 3. de test. ord. Nuncupativum, quod heredis nomine palam coram testibus nuncupato, unicō contextu absolvitur. Minus solenne seu Priviliegatum testam, est, quod singulari Juris testam̄tarii formā conficitur. Singulare hoc jus vel favore introductū est, vel Necesitate ortum. Ex favore personarum est, i. Testam. Rustici l. ult. C. de testam, quod scriptum VII. testes requirit, si tot literati haberi non possint V. sufficiunt. 2. Parentum inter liberos, l. 21. §. ult. C. de testam. 3. Militare de quo infra. Ex favore causarum coepit testam, ad prius causas (cum vel amore Dei, vel ex commiseratione miserabilium personarum, Ecclesiis, xenodochiis, Pauperibus, captiuis, aliiquid relinquitur (in quo II. vel III. legitimū testes sufficiunt, c. relatum. de testam. Necessitas singulare ius prōduxit in testam. tempore pestis. Nam si Testator peste corruptus est, non quidem scripsit propter propter l. 9. C. h. r. sed jure conseruandorum, coram V. testibus recte testabitur, arg. l. ult. C. de iur. Codic. l. ult. C. de don. mort. causa l. ult. C. de testam.

2. De liberis & posthumis heredibus instituendis, vel exheredandis. De testamento hic potissimum duo aguntur, quomodo constitutur, & quis constituti sit effectus. Constitutus per heredis institutionē, utpote que substantia ipsa & basis totius ultimæ voluntatis. Illa vel est Necesaria (à necessitate legi dirigentis imposita) liberorum in potestate existentium, qui inde sui (proprii) heredes: vel Voluntaria, reliquorum. Ex liberis filii nominati in instituendi sunt vel exheredandi, pr. l. de exhered. lib. tum ob naturalem sexus præstantiam, tum sec. principia politica, quod mas majorem quam foemina Reip. operam navare valeat.

3. De iustis, rapto, irrito factō testamento. Accidere potest condito testamento ut propter circumstantias nonnullas infirmetur. Fit hoc (1) ubi Injustum est, non iure factum, h.e. destitutum solennitatibus, à lege dirigente requisitis, l. 1. b. (2) Quando jure quidem factum est, sed rumpitur, vel alio factō testamento æquè valido, vel sui heredis (posthumī post mortem testatoris) agnatione, aut q. agnatione, si filio moriente vel emancipato nepos ex eo incipiat esse heres proximus testatori. (3) Ubi irritum fit testamento, non aditū hereditate, ab herede (l. de destituzione testamenti,

E

vel

velob fecutam capitii minutionem (etiam minimam) restatoris, §. 4. quib. mod. restam.
inf. l. i. b. Sed & aliud (4) ab his est Testamentum Nullum s. nullius momenti, cum
filius, qui in patris potestate, est præteritus, d. l. t.

4. De his qvā in testamento delectantur, inducuntur, vel inscribuntur. Et sic quoque
irrita sit restatoris voluntas, ut pote mutata, modò consultò fiat delectio lituris, indu-
ctio cancellis, inscriptio alias literis; fecus est si non sit spontanea, juxta l. 1. 2. 3. b.

5. De heredibus inscribendis. Voluntariā heredis institutione, sius non existen-
tibus aut legitimè exheredatis, liberum est restatori quem velit heredem relinquare,
modò, ut supra dictum, id fieri, juris regulas, l. 4. de restam. Cui conseqens, si nolit
ille relata legata aut fidei commissa, vel exheredare, etiam quām brevisime restari
valeat, tribus saltim verbis: *Lucius heres esto: fec. l. i. §. 3. b. t.* Institutio autem illa vel
Pura est vel conditionalis.

6. De vulgarī & pupillari substitutione. Pura institutio fit vel in gradu primo,
de qua jam diximus, vel secundo, tertio, & sic deinceps, quæ in specie dicta. Substitutio,
& est secundi heredis institutio, l. 4. §. 2. b. seu omnis institutio, quæ fit post primam,
& in locum primæ deficiente, l. 1. b. t. Vulgaris fit à quolibet non prohibito facere te-
stamentum, cui liber capaci, in eum casum quo primus heres factus non erit; *Lucius
heres esto: & si heres non erit, scilicet heres esto.* Pupillaris in duos fit causis, & quo non adi-
erit, & quo aditā licet hereditate, intra pubertatem decesserit: *Lucius filius heres esto;*
& si heres non erit, sed antequam in turram suam venerit, mortuus fuerit, scilicet heres esto.
l. 1. 4. Ubi equidem non modò patri heres statuitur, quod communice ipsi est cum vul-
gari, sed & ipsi filio impuberi, qui restari non potest. Substituti vero potest & in lega-
tis, fidei commissis, & mortis causa donationibus, l. un. §. 7. C. de caduc. toll. Orta autem
est substitutio [Græcis quoque usurpata] exinde, quod multa sepe accidunt, quo mi-
nus primo loco instituti succedant, durumque sit non admittere ut heredem relin-
quat is qui rei sua legitimus est arbitrus & moderator, arg. l. 21. C. mandat.

7. De conditionibus institutionis. Conditionalis institutio est, quæ quis sub
conditione institutio. Conditio est adjectio præter subiecti essentiam, actum suspen-
dens, ob incertum futurum eventum, l. 3. 4. §. 1. de cedit. & demonstr. Licet ita agere re-
statori juxta principia à rerum proprietatibus deducta, & favore ultima voluntatis,
ut ex animi sententia heredem habeat, arg. t. de L. Fuf. Can. soll. Conditio vel possibilis
est, vel impossibilis. Possibilis, potest accidere, sive fiat difficulter, vel non, & vel
naturæ vel lege (hæc enim sunt principia humanae potestatis) & hæc iste in testamen-
to adjicitur. Possibilis vel est simplex, vel Mixta, l. un. pr. C. de cad. toll. simplex vel Po-
testativa, quæ confertur in porestatem heredis instituti, & ut impliatur, ab ipsius solo
dependet arbitrio, ut Mænius & Cajo dederit centum heres esto. Vel est Causalis quæ
confertur in alterius heredis arbitrium, aut fortunæ eventum, ut navis ex Asia ve-
nerit. Mixta est quæ ex utra illa colligitur, d. l. un. §. 4. C. de caduc. toll. l. f. C. de necf. he-
red. infit. Impossibilis est talis lege vel naturæ, de qua notanda in primis aurea regula
l. 1. 5. b. t. quæ facta ledunt pietatem, honestatem, aut contra bonos mores sunt, & ne nec facere
nos posse credendum est, ipsi justitia non modò particularis & universalis, verum etiam
altero ex potissimum humanarum actionum principiis (potestate agendi) suffulta.

8. De summa deliberaudi. Inter conditiones prædictas olim frequens quoque fuit
Cretionis conditio, de qua agit Vlpian, in fragm. t. 22. 23. & seqq. Tandem Just.
Imp. longè utilius remedium introduxit, anno V. C. I. XXXI, quod beneficium In-
ventarii dicitur, quo heres intra certum tempus adire hereditatis ab intestato, vel
aperti testamenti, conficeret potest inventarium, eoque confecto, ultra vires heredi-
taris hereditatis creditoribus & legatariis non adstringitur, l. f. C. b. t. Hæc autem
omnia à principiis prudentiæ, & aqui & boni (ne quis se facile immerget in damno-
sam hereditatem aut lucrofam repudiet) nec non à favore ultima voluntatis profici-
scuntur, ut ea, quantum quidem possibile est exitum habeat, & aditiones heredita-
tum promoveantur.

Liber XXIX. Tit. 1.

D E testamento militi. Heredis institutio & in testamento militis intervenire de-
bet, de h. t. agitur. Solennia juri communī requisita illud remissa habet, ex
princ.

principis iusti singularibus, ob bellicas occupationes quibus operam navant milites pro Rep. defendenda, vite sue pericula, undeque tempus ipsius deest sive consulendi periore, sive solenni obcundi, arg. l.o. de bon. poss. Fuit autem hoc initio temporum unum postmodum verò & ex Titi & aitorum Imp. plenissima indulgentia factum perpetuum, toti ordini concessum, l.b.t. Et quia gradus sunt periculi atque occupationum, hinc etiam de solennibus ordinariis per gradus remissum est. Ubi miles neque in castris degit, sed vel domo vel alibi commoratur, ubi copia testium, restari debet feci-
jus cummune, l.pen.C.b.l. un. C. dederit, milit. §. sed habentus, l.cod. Si existit in confli-
tus, tunc quolibet modo recte refatur, abique testibus, l.s.C. Ubi vero neque actu neque
potentia est in confliktu, licet in castris degat, minimum testes duos adhibere tenetur,
d.l. 15. s.i.d. cod. Confit. Imper. & Norarit uero zu Colonia, v. von testamentis. Und solle
Die Notarii vers. oder von den Witwen.

2. De acquirenda vel omitenda hereditate. Constituti per heredis institutio-
nem testamenti effectus est, quod inde hereditas acquiratur vel omittatur. Hic enim
fuit est quem restator intendit. Acquiritur hereditas, si quis illam delatae sibi (quod
fit post mortem, cum viventis, iuxta principia Physica non sit hereditas, l. 1. de hered.
vel ast. vend.) agnoscat & ampliatur, l. C. h. & vel folenter adendo aut pro herede
gerendo, vel per immixtionem, cum quis bona hereditatis sibi immiscet, animo he-
reditatem adipiscendi. Ex voluntate enim agentis, cui in omnibus hominis negoti-
is, hoc vestigandum est, l. 5. cum quis merito, l. 20. l. 29. l. 40. b. junct. arg. ss. de O. Et A. Omit-
tur hereditas abstinentia & repudiatione. Quod itidem de jure delata accipien-
dum, (cum omissione hic sit privatio, habitum praesupponens) atque ex voluntate omit-
tentis, l. 1. b. juxta pinc. humanarum etiodium. Et fit, cum quis sciens, prudens ab-
stinet, vel re aut verbis recusat, l. 1. l. 20. h. 5. In lev. 20. l. 29. l. 30. l. 31. l. 32. l. 33. l. 34. l. 35. l. 36. l. 37. l. 38. l. 39. l. 40.

3. *T*estamenta quae ad modum apertiaruntur, *in*spiciantur, & describantur. Acquisitio dicta concedente nonnullis, aliis denegatur. Concedit illis qui idonei sunt & admitti possunt. Ad quod requiri ut aperturapräcedat, & facultas in spicendi, legem & describendi testamenti detur, illis quorumcum intercessit, l. s. & l. s. b. q. quod publicè inter sit supra hominum judicia exitum habere, l. s. quodque sine judice transfigi, neque apud eum maliter veritas exquiri (cognoscit) possit, quam in specieis testimenti verbis, l. s. i. Inde Pratoris est, ut cogat signatores convenire, atque omnes vel major pars sigilla sua recognoscat, l. s. Quin licet omnes absint, ubi causa subest, coram optimæ opinionis viris tabulae fedè aperturiuntur, quibus postquam descriptum ac recognitum factum est, mittuntur ad signatores, ad inspicendum sua sigillia, l. s. 7.

*S*equitur amissa causa testamenti, ob invictato, non alio modo noscimus, hinc dicitur enim.

4. Si quis omis̄a causa testamento, ab intestato, vel alio modo possidet hereditatem. Testamentis apertis multi omis̄a causa rescribi; videntes scelagis gravari; malum ab intestato vel alio modo possidere hereditatim, ad evitandam inlergationem. Ideo Pratorum tunc contra heredem pollicetur actionem; perinde ac si ex testamento adiungatur quicunque ex testamento vel in facturam Pratoriam, l. i. p. b. 12. s. 1. cod. Ratio di tunc ex principiis formalibus a justitia manantibus, (ampliatis & iudicio) deducitur, quod Pratorum sit tunc ultima voluntates (leges tam privatorum; quales h̄c testamentum sunt, quam leges Majestatis, ad esse dum deducendo, adjustiorum in Rep. obtemperantur, l. 7. s. 1. de l. & l. 12. l. 13. de legib.) tum ut dolo & caliditati possidentium succurratur, ex tunc ipsius, contra principia moralia cum danno legariorum, nihil fuerit dolus, d. l. 11. Omittere causam testamenti dicuntur, qui hereditatem sub titulo testamento non vult possidere (sed dimittit) & habete ab intell. scribi proximis et agnatis, vel a modo hoc effectu generali; non autem speciali, pura iure emptionis, donationis & simili, l. 1. 8. 9. De Successione consulto: Silaniano & Claudiiano: quorum testamenta ne aperiantur, Denegari apteritura testamenti & hereditatis acquisitioni illis, qui, ubi constat domum aum per vim auct. cedens esse interfectum, contra servos, qui cum eiusdem sub eodem recto auxilium domino non ruerunt, cum custodiā ei praestare tenentur;] moriū necati utriusque fuerunt, l. i. p. s. 17. & 24. b. 12. 4. cod. Scripto enim heredi, ex SCto Silan. & Claudi. Anguli temporibus facta, ante omnia publica qua sitio (non tantum quād tormenta, sed & onus inquisitionem & defensionem mortis, d. l. 1. s. 25.) de
ab aliis, singulis alia non inveni, hōp. de l. 2. mōs 2. admodum est familiis

familia habenda erat. Alloquin ipsi, ut pote indigno, ingrato, & quasi suspecto de captata morte & successione defuncti, hereditas auferebatur, & tanquam caduca fisco addiccebatur, d. 5. §. 2. l. 9. l. 15. §. 1. b. t.

